

## **A P P E N D I C E S**

Beatissime Pater  
Dñe Dñe Clemencie

83

Promissa beatorum pedum sanctis Iudeo orculo  
meip[er] Regni Divisionum, mecum comenda-  
tio[n]e. Post tardiora semestris contul[er]o et  
valetudinis mea, continuatis sessionibus affluisse  
dispendia dum tandem, prouisi domi forisq[ue]  
.....  
aliquod periculum immovere censabo. Nec intermittam  
inceptum cum Magno Moschorum Duce, promouere  
et perfidire Coniunctionis Traisatum, ne proficiat ini-  
niui in nobis, et filii iniquitatis non apponant nocere.  
Maxime vero cum indubitam spem concipio in Paternis  
sanctis Iudeo terenitudine: quo ut presenti Coniunctioni  
casui compatietur; ita cunctis causibus meis, s[ecundu]m  
gloria fratis, et salute populorum sumipendiis,  
benedicere et subuenire non grauabitur. Longeum  
interea orbis Christiani regimen sancti Iudeo filiali  
candore et cultu exopto. Dat: Baracuia 4 Junij  
1681.

Sanctitatis Eme.

Obedientissimus filius

Ioannes Rex Poloniae

Litterae Ioannis III Sobieski, regis Poloniae, ad papam Innocentium XI 4 VI 1681 datae  
(cfr. A. 7)

## A. 1

**Stephanus Wierzbowski, epus Posnaniensis  
card. Alderano Cybo**

Varsaviae, 23 IV 1681.

*Significat in comitiis Regni statutum esse numerum exercituum ad bellum adversus Turcas faciendum mittendorum, nunc autem solum de genere contributionum, quae sint decernendae, agitari. Affirmat nuntium apostolicum summum studium et diligentiam adhibere ac curare, ut res omnes ad bellum cum Turcis gerendum pertinentes rite ac feliciter promoveantur perficianturque, sed illum in hac re ab oratoribus regis Galliae, bello Polonorum adversus Turcas contrariis, vehementer impediri. Ipsos enim summopere cupere, ut Turcae in Hungariam impetum faciant. Arbitratur regem negotiis in comitiis tractatis minime se applicare. Insuper queritur coadiutorem suum (Casimirum Ioannem Opaliński), a rege adiutum, omnia bona et proventus episcopatus sui contra omne fas et ius et contra expressum tenorem bullarum pontificiarum sibi adimere et, regia potentia suffultum, reddere recusare; se ergo ea in re intercessionem Sedis Apostolicae et auxilium nuntii exposcere. Subiungit etiam orationem suam in Senatu habitam a rege moleste latam esse, quamvis verba sua nil aliud nisi veram rerum naturam detexerint palamque fecerint. Denique a priore proposito suo ad episcopatum Culmensem transeundi, praesertim cum sint qui eum de episcopatu Posnaniensi de trudere velint, recedit, dioecesi Posnaniensi contentus.*

**Copia:** AV, Nunz. Pol. Add. VI, s. f.

Eminentissime Domine Domine et Patrone Obsequentissime.

Dominus Iosephus Amadis<sup>1</sup> scribit mihi, ut sincere omnia Eminentiae V.rae aperiam. Obedio itaque mandatis Eminentiae V.rae uti meo singulari Patrono et Protectori, ac in primis quod Comitia nostra saepius agonisant, hucusque tamen non moriuntur, et non est qui consoletur ea, nam solum de genere contributionum agitatur, exercitus tamen 36 milium et 12 milium a

<sup>1</sup> Thomas Talenti, Lucensis, secretarius regius, in litteris suis ad card. Carolum Barberini (21 X 1681 datis) de ipso scripsit haec: "Questo Vescovo di Posnania ha sempre mille nuove cabbale in testa, e si serve costi d'un Pretazzuolo che qua fu sempre stimato pazzo, e poi si vanta essere in Corte dell'Eminentissimo Cybo; questo si chiama Don Giuseppe Amadoi, Canonico di Posnania, il quale sempre scrive spropositi, e mostrando haver confidenza con l'Eminentissimo Cybo e con tutto il Sacro Collegio mette mille confusioni in testa del Vescovo di Posnania..."; cfr. BV, Barb. Lat. 6655 f. 60r.

Lithuanis declaratus est, et bellum offensivum, cum armorum Moscorum coniuratione, et ipsis 10 milium exercitus oblatione, in quorum commutationem 20 milia peditum a Moscis motis offerebantur, modo autem haec omnia languescere videntur<sup>2</sup>.

Ill.mus D.nus Nuncius, dico bona conscientia, quod ultra vires suas facit, persuadet et sollicitat, et licet maximum apud plurimos habeat respectum, Galli<sup>3</sup> tamen omnia destruunt, quoniam multum expendunt, omninoque conantur, ut Turca contra Ungariam a nobis non impediatur, et facilius mihi persuadeo, quod hoc bellum per dislimitationem cum Ucraina finietur summo et damno et periculo nostro.

Sua Maiestas minime se applicat, potius fortassis sub hoc praetextu nominationem Cardinalatus pro Gallo<sup>4</sup> et Abbatias litigiosas et meam etiam de Episcopatu Posnaniensi deiectionem curat. In quo negotio Sanctissimi Domini mei Clementissimi patrocinium humiliter supplico.

Nam D.nus Coadiutor<sup>5</sup> meus, Regia spe fretus, mihi omnia bona, et [v] proventus iam adimit, contra expressivum tenorem Bullarum, et Regia potentia suffultus reddere recusat, in quo negotio remedia iuris ab Ill.mo D.no Nuncio petere cogor, tamen et a Sancta Sede protectionem, sive per aliquod scriptum, sive per literam ad Ill.mum D.num Nuncium, ut vel res inter nos componat, vel pro conscientia sua indilate decernat, obnixe rogo, nam et mihi non desunt media propria recipiendi, sed scandalum<sup>a)</sup> et periculum aliquius tumultus pree oculis habeo.

Vera loqui Serenissimo Regi amplius non audeo, ne mihi vel impedimentum belli Turcici vel ruptura Comitiorum obiciatur, et ne postea ad Sanctissimum aliqua fiat mei accusatio. Si autem vel de bello nihil constituerit, vel Comitia (quod Deus avertat) dissolvantur, initio prius cum Ill.mo D.no Nuncio consilio liberius agere oportebit. Etenim non ita pridem, quod locutus sum in Senatu, ut Legati Galliae, qui nos solum committunt cum vicinis, praecipue anteactis nuper annis transmisso in Ungariam Polonico exercitu, et alio contra Brandenburgum formato ablegarentur, et ut Sua Maiestas Moschis absque ullis dilationibus praestet iuramentum, ut cum Brandemburgo res amicabiliter componantur, haec omnia a Sua Maiestate mihi pro offensa imputabantur.

Moschi considerando tales nostros progressus mirantur, et iam, uti apparet, a suis favorabilissimis praepositionibus retrocedunt, et videntur res

<sup>2</sup> Cfr. relationes ex comitiis in: N. 325, 344, 363.

<sup>3</sup> Oratores regis Galliae fuerunt: Panhagijs de Forbin-Janson, epus Bellovacensis (de Beauvais), et Nicolaus Maria d'Hospital, marchio de Vitry.

<sup>4</sup> Ioannes III Sobieski rex semel atque iterum summum pontificem rogavit, ut honore sacrae purpurae decoraret Panhagium (Toussaint) de Forbin-Janson, qui munere oratoris regis Galliae in Polonia primum functus est a. 1674-1677 et eundem Sobieski in assequendo regno multum adiuvit; cfr. Wójcik, p. 218; Komaszyński, *Maria Kazimiera...*, p.93-95. Huic regis Poloniae desiderio morem tandem gessit Alexander VIII papa, qui Panhagium de Forbin-Janson a. 1690 cardinalem creavit.

<sup>5</sup> Casimirus Ioannes Opaliński.

[r] magis ceremonialiter quam effective tractari, nam etiam plurimum de fervore belli Turcici iam remittunt, considerantes, quod et contributiones perderentur, et tempus tractandi belli evanescat, magisque de bello defensivo deliberant.

Haec omnia pro conscientia mea defero, atque ut secretissime habebantur literaque comburatur, obnixe rogo. Interim sacras Eminentiae V.rae de oscular manus.

Et quoniam me de Episcopatu meo Posnaniensi detrudere fortiter co nantur, misi ad D.num Iosephum manifestationem meam, quod a proposito meo, quod fuit ad Episcopatum Culmensem, fortiter recedo, et meo Posnaniensi sum contentus. Varsavia, 23 Aprilis 1681.

Devotissimus et obsequentissimus Servitor  
Episcopus Posnaniensis

a) *In textu: scandalam*

## A. 2.

### **Propositorum constitutionis de patronatu regis in abbatias aliisque beneficiis ecclesiasticis conferendis**

Varsaviae, 28 IV 1681.

*Propositorum constitutionis prospiciens poenas, tam a saecularibus quam ecclesiasticis personis luendas, quae ius patronatus regii ad abbatias vel alia beneficia ecclesiastica conferenda quomodocumque violare temptaverint. Saecularibus personis, qui eiusmodi constitutionem laeserint, poenae a capitaneis infligentur, ecclesiastici autem, qui eam violaverint, iurisdictioni episcoporum obnoxii erunt. Eadem constitutio etiam in Magno Ducatu Lithuaniae vigebit et valida erit.*

**Copia:** AV, Nunz. Pol. 99 f. 284r-v.

Copia Constitutionis lectae in Comitiis Varsaviensibus die 28.a Aprilis [1681] cariturae effectu propter dissensum Regis<sup>6</sup>.

Deducendo ad effectum et executionem Pacta Conventa cum Ordinibus Reipublicae inita, et Iura Maiestatis nostrae et Reipublicae supremique dominii, quae in Iure Patronatus nostri Regii potissimum consistunt, in inte-

---

<sup>6</sup> Cfr. N. 380, 383.

grum restituendo statuimus<sup>7</sup>. Quod quicumque citra consensum et nominationem nostram ad Abbatias cuiuscumque ex antiquo fundationis, caeteraque alia beneficia Iuris Patronatus et collationis nostra Regiae ausus fuerit tentaveritque inviolare, is omnis cum suis fautoribus poenis in statutis descriptis ipso facto subiacebit.

Quos executionem finalem Generosi Capitanei nostri subire facere tenebuntur, ex personis scilicet saecularibus sub privatione officiorum suorum, spirituales vero personae, tam saeculares [284v] quam regulares, ex personis suis coram loci Ordinariis respondere tenebuntur. Quae Abbatiae personis nobilibus conferentur a nobis. Eadem Constitutio valorem habitura est etiam pro Magno Ducatu Lithuaniae.

### A. 3.

**Ioannes III, rex Poloniae  
Innocentio XI, papae**

Varsaviae, 30 IV 1681.

*Rogat, ut summus pontifex - post mortem card. Petri Vidoni, munere protectoris Regni Poloniae hactenus functi, - novum eiusdem Regni protectorem a se nominatum, card. Carolum Barberini, confirmare et approbare dignetur.*

Or.: AV, Lettere de' Principi 108 f. 95r. Epistula in membrana exarata, in f. 95r  
adnotatio: "30 Aprile 1681".  
- Ed.: Theiner VMPL III, p. 678.

Sanctissime ac Beatissime in Christo Pater  
Domine Domine Clementissime

Post oscula beatorum Pedum Sanctitatis V.rae Mei Regnorumque meorum humillimam commendationem. Eadem inevitabilis fati necessitate, qua Sacrum Collegium in persona Illustrissimi olim Cardinalis Vidonii<sup>8</sup> praecipuum sui amisit portionem, Regnum quoque meum praevalidae in Curia Sanctitatis V.rae protectionis subiit iacturam. Hanc ut mihi adpraesens condigne resarcire et compensare liceat, Sanctitatem V.ram filiali et reverenti flagito desiderio, ut eum quem peramanter Regni mei confero Protectora-

<sup>7</sup> Cfr. notam 285, p. 78.

<sup>8</sup> Petrus Vidoni, usque ad mortem protector Regni Poloniae, mortuus est 5 I 1681; cfr. ANP XXXIV/1, notam 12, p. 8.

tum in Ill.mum et Rev.mum in Christo Patrem Dn.um Carolum Barberinum, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem, natalitiis splendoribus, insigni pietate, singulari prudentia et activitate Urbi et Orbi conspicuum, Sanctitas V.ra ratum gratumque habendo, omnia hinc desideria mea, Regnique mei necessitates, per Illustritatem Suam Sanctitati Suae propenendas et promovendas, Paterna benignitate audire et votivo successu beare dignetur. Eo praesertim tempore, quo tam gravis mihi adversus Immanissimos Sacrosanctae Fidei hostes, pro gloria Crucis, tuitione Sacrorum, Populorum salute, Christianitatis Antemurali, intercedit lucta: quo, ut arma mihi foris necessaria, ita Domi Consilia expedita, primum a liberalitate Pontificia non exigua sumit incrementa; alterum in maturandis Episcoporum, eorundemque et Senatorum a Curia Sanctitatis V.rae expeditionibus in utroque Paternam Sanctitatis V.rae filiali submissione appello clementiam. Prosperum interea Universalis Ecclesiae Regimen ac longaevam Sanctitati V.rae voveo et appreco valetudinem. Dabantur Varsaviae, die Ultima Mensis Aprilis, Anno D.ni MDCLXXXI, Regni vero mei Anno VII.

Eiusdem Sanctitatis V.rae

(<sup>a</sup>-obedientissimus filius  
Joannes Rex Poloniae<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

#### A. 4.

**Thomas Talenti, secretarius regius  
card. Carolo Barberini, Regni Poloniae protectori**

Varsaviae, 14 V 1681.

*Significat controversiam et rixam, inter supremum exercituum Lithuaniae capitaneum (Michaelem Casimirum Pac) et thesaurarium Lithuaniae (Benedictum Paulum Sapieha) exortam, accedente etiam intercessione nuntii apostolici iam esse compositam. Nuntiat comitia Regni adhuc celebrari et spem esse ea brevi ad finem esse perventura; ceterum in comitiis in praesentia de nulla re alia nisi de bello cum Turcis faciendo et decernendis contributionibus deliberari. Addit filium regis natu minorem gravi morbo correptum esse.*

**Autogr.:** BV, Barb. Lat. 6655 f. 9r-v. In f. 9v in angulo inferiore sinistro Talenti scripsit: "Cardinal Barberino". In f. 12v in angulo inferiore sinistro secretarius card. Caroli Barberini notavit: "1681. Varsavia. 14 Maggio. S[igno]r Tomaso Talento. Risp[os]to".

Eminentissimo, Rev.mo Signore *etc.*

Presupongo che V.ra Eminenza haverà inteso le risse seguite qua in una sessione tra il Sig. Gran Generale di Lithuania et il Sig. Gran Tesoriere<sup>9</sup>, pure del medesimo Gran Duca[to], ove venuti ad ingiurie senza fine, la mattina seguente il Gran Tesoriere mandò una disfida all'avversario, il quale se bene non ricusò il duello, fece credere che in Lithuania si sarebbe veduto seco, non stimando bene di battersi con un suo Colonello.

Mons. Nunzio Pallavicini che fa quanto humanamente puole, e non riposa contribuendo quanto sa per il buon esito della presente Dieta, immaginandosi che queste differenze haverebbero apportato grave pregiudizio al suo intento, tanto più che il Sig. Gran Generale si preparava a partire, fece tanto che li riuscì d'accomodargli assieme.

L'accomodamento seguì in camera della Serenissima Regina<sup>10</sup>. In questa maniera venne prima Mons. Nunzio col Sig. Gran Generale, e doppo il Gran Tesoriere col Vescovo di Chiovia<sup>11</sup> et il Sig. Palatino di Russia<sup>12</sup>. Entrò Mons. Nunzio nel gabinetto e disse alla Serenissima, che stimava a gran fortuna che due dei Grandi del suo Regno mettessero ai piedi della Maestà Sua tutte le loro offese. Uscì la Regina e li fece ringraziare entrambi per Mons. Nunzio medemo. Doppo tanto il primo, che il [9v] secondo s'humiliorono alla Maestà Sua offerendoli le ingiurie e la vita, doppo senza parlarsi una parola si abbracciorno assieme.

Le Maestà Loro sono afflittissime per la grave malitia del Prencipino secondo di anni quattro<sup>13</sup>, che lo tiene la febbre continua con qualche pericolo. Dio lo preservi perché è in vero un angelo di spirito e di bellezza.

Seguita la Dieta con speranza che presto si possa terminare e di già altro non si discorre in essa, che della guerra e del modo di contribuire.

Prego Dio poter la posta futura portare alla notizia di V.ra Eminenza la conclusione di essa. In tanto, supplicandola a degnarsi d'accordarmi l'onore del suo benignissimo patrocinio et a gradire ogni ordinario un picciolo tributo del mio profondissimo ossequio, mentre le faccio humilissima riverenza.  
Varsavia, 14 Maggio 1681.

Di V.ra Eminenza

humilissimo, devotissimo, obligatissimo Servitore  
Tomaso Talenti

<sup>9</sup> Michael Casimirus Pac et Benedictus Paulus Sapieha; de controversia inter eos intercedente cfr. N. 416 et 436.

<sup>10</sup> Maria Casimira Sobieska.

<sup>11</sup> Ioannes Stanislaus Witwicki.

<sup>12</sup> Stanislaus Ioannes Jablonowski.

<sup>13</sup> Alexander, natus a. 1677.

## A. 5.

**Thomas Talenti, secretarius regius  
card. Carolo Barberini, Regni Poloniae protectori**

Varsaviae, 21 V 1681.

*De iunioris principis iam convalescentis meliore valetudine gaudet. Scribit esse multos qui sperent comitia iam crastino die ad finem pervenire posse, se tamen putare ea verisimiliter proximo die Sabbati conclusum iri. Significat merita nuntii apostolici, qui ad componendas varias quaestiones controversas in comitiis exortas non parum contulit. Cum rex occupatissimus sit et dolore capitinis laboret, rogat nomine regis, ut quam celerrime mittatur bulla pontificia pro canonicatu Varmensi Hadriano Fonderlinde collato mittenda. Subiungit regem summopere mirari, cur confirmatio abbatiae Wachocensis Andreea Chrysostomo Zaluski collatae tamdiu differatur ac prorogetur.*

**Autogr.:** BV, Barb. Lat. 6655 f. 10r-v. In f. 10v in angulo inferiore sinistro Talenti scripsit: "Eminentissimo Sig. Card. Protettore". In f. 11v in angulo superiore sinistro secretarius card. Caroli Barberini notavit: "1681. Varsavia 21 di maggio. S[ignor] Segret[ario] Talento. risp[os]to". In angulo superiore dextra eadem manu scriptum est: "Si puol far vedere al S[ignor] Bianchi et al S[ignor] Laurentij il cap[ito]lo di q[ues]ta l[ettera]a per il Can[onica]to di Varmia del q[ua]le, o l'uno, o l'altro deve parlare".

Eminentissimo, Rev. mo Signor etc.

Laudato Dio, che il Principino secondo<sup>14</sup> doppo la missione del sangue, ordinatali dalla consulta dei medici, non solo si è trovato libero dalla febbre ma giornalmente si vede in esso miglioramento tale, che ben si puol sperare in brevi giorni di vederlo ritornato al suo primiero stato di salute.

La Dieta vi è molti [sic] che sperano possi terminarsi dimani, ma io tengo per certo che non sarà poco vederla finita Sabbato<sup>15</sup>, che sarebbe il giorno della Vigilia di Pentecoste. Mai Dieta alcuna in Polonia faticò tanto il Re, quanto questa, perché mai niuno suo antecessore applicò tanto quanto il Regnante per il bene della Christianità et il vantaggio del suo Regno, onde essendo più che certa la guerra e non havendo soccorsi i più sicuri che quelli del Cielo, oltre quelli di Sua Beatitudine, conviene raccomandarsi a Dio per il felice esito d'essa.

Mons. Pallavicino fa quanto sa e puole per unir gli animi. E' certo che questo è il primo mobile per arrivare al nostro intento, onde se finirà la Dieta felicemente, come si spera, doverasi una gran lode a questo Gran Prelato.

<sup>14</sup> Alexander.

<sup>15</sup> Id est 24 V; cfr. N. 454.

La Maestà del Re restando occupatissimo, anzi tutta questa mattina essendosi ritrovato aggravato da mal di testa, non puol scrivere come voleva a V.ra Eminenza, mi comanda però di significarle per parte sua che non è ordinario il dispiacere, che prova dal veder prolungarsi così tanto la commenda dell'Abbazia Wonhosha<sup>16</sup> e molte altre cause, anzi che resta Sua Maestà scandalizzato non poco dal sentire con le lettere di hieri tanto dall'Abbate de Baschi che dal Sernicoli<sup>17</sup> [10v] che il Canonicato di Varmia, ottenuto da Sua Maestà sino li 4 Decembre da Sua Beatitudine per Mons. Adriano Fonderlinde<sup>18</sup>, di che Sua Maestà ne ha ricevuta la gratia con lettera scritta per parte di N.ro Signore dall'Eminentissimo Cybo, fosse stato richiesto dal Sig. Prencipe Lubomirski<sup>19</sup>, che si trova costì, il quale si vanta haverne ottenuto la gratia, onde Sua Maestà fa affettuosa istanza a V.ra Eminenza, acciò procuri che il Sig. Prencipe Lubomirski desista da tal pretenditione e che havendo di già mandato il denaro due lettere sono costì per le spedizioni per il Fonderlinde ne possa godere la gratia. Confermo il mio ossequio profondissimo a V.ra Eminenza e le faccio humiliissima rivenienza. Varsavia, 21 Maggio 1681.

Di V.ra Eminenza

humiliissimo, devotissimo,

obligatissimo Servitore

Tomaso Talenti

## A. 6.

**Thomas Talenti, secretarius regius  
card. Carolo Barberini, Regni Poloniae protectori**

Varsaviae, 28 V 1681.

---

<sup>16</sup> Rex exspectavit confirmationem pontificiam Andreae Chrysostomi Zaluski ad munus abbatis commendatarii abbatiae Cisterciensium in Wąchock; cfr. notam 293, p. 80.

<sup>17</sup> Abbas Ranucius de Baschi erat curator negotiorum regis Poloniae in Curia Romana, Ioannes autem Sernicoli fungebatur munere expeditoris ("speditioniere"). Ioannes III per litteras 6 VIII 1681 ad card. Carolum Barberini, protectorem Regni, datas, eum publice "expeditorem" suum nominavit, cum scripsisset: "Venendoci da V.ra Signoria Ill.ma raccomandato il nobile Giovanni Sernicoli come persona idonea e sollecita per trattar costi gli affari che concernono le spedizioni tanto nostre, che di questa nostra Republica, lo giudichiamo degno del nostro Regio servizio, anzi lo dichiaramo con la presente per nostro Speditioniere, dandoli facoltà, che tutte le spedizioni che concernono il nostro Jus Patronato o la nostra Regia Jurisdictione partecipando tutto al nostro Agente Abate de Baschi, e tenendosi al consiglio del medesimo, possino insieme promuovere et assistere ogni nostra causa, procurando che non venga in conto alcuno a patire detrimento la nostra Dignità...". Deinde in eadem epistula rex recordavit Ioannem Sernicoli iam prius operam suam praestitisse regibus Ioanni Casimiro et Michaeli Wiśniowiecki; cfr. BV, Barb.Lat. 6622 f. 23r.

<sup>18</sup> Cfr. N. 453 et notam 459, p. 145.

<sup>19</sup> Iosephus Carolus Lubomirski; cfr. N. 453 et notam 458, p. 144.

*Nuntiat comitia Regni, post 19 septimanas elapsas, rupta esse. Diliger-  
ter describit causas et circumstantias, quibus ad eiusmodi ruptionem deven-  
tum est, et significat studia ac conatus regis et nuntii, qui id omnimodo  
impedire studuerunt. Culpam rumpendorum comitiorum attribuit Vladislao  
Przyjemskei, uni ex nuntiis terrestribus Maioris Poloniae, et Michaeli  
Casimiro Pac, palatino Vilnensi. Sribit utrumque eorum accepta pecunia id  
fecisse et asserit palatinum Vilnensem ingentem pecuniae summam ab  
electore Brandenburgensi consecutum esse. Subiungit Consilium Senatus  
proximis diebus celebrandum de modis et remediis ad defensionem Regni  
adhibendis esse decreturum. Magnam spem etiam in societate bellica  
adversus Turcas cum Moscovitis ineunda collocari.*

**Autogr.:** BV, Barb. Lat. 6655 f. 13r-15r. In f. 15v in angulo inferiore sinistro  
secretarius Caroli Barberini notavit: "1681. Varsavia 28. maggio. Si-  
gno[r] Tomasso Talento. risp[os]to".

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Finalmente, Eminentissimo Signore, doppo 19 settimane di tempo e  
doppo tante applicationi fatte e spese la Maestà del Re per ridurre la Dieta  
al bramato porto della tanto necessaria guerra contro il Turco per la conser-  
vatione di questo afflitto Regno. Doppo, dico, essersi superata mercè la de-  
strezza della Maestà Sua ogni difficoltà benché piccola, che sopravveniva con  
essa. Doppo aggiustato il numero dell'armata da levarsi e le contributioni  
per il mantenimento di essa, che dovevano ascendere a 12 milioni per un  
anno, quando si sperava il Sabbato<sup>20</sup> avanti la Pentecoste vederla felicemen-  
te terminata, un tal Prziemki<sup>21</sup>, Ambasciatore della Gran Pollonia [sic], gio-  
vine di 29 anni, subornato (<sup>a</sup>-dal Palatino di Posnania<sup>22-a</sup>), o per meglio dire  
corrotto dal denaro, se bene non si protestò, si dichiarò di non impedire l'at-  
tività, et uscendo di Senato promisse che se quello giorno si fosse terminata,  
sarebbe ritornato per haver l'onore di baciar la Regia mano, ma però inten-  
deva che il tutto fosse concluso avanti il tramontar del sole, in riguardo del-  
la nuova costituzione, seguita ultimamente in Grodna, che diffende il portar  
i lumi nel Senato<sup>23</sup>.

S'avanzavano felicemente le cose avanti la notte, quando il Sig. Pac,  
Palatino di Vilna e Gran Generale di Lithuania<sup>24</sup>, avvedutosi che l'esito fe-  
lice della Dieta haverebbe pregiudicato al suo intento, qual era di corrispon-

<sup>20</sup> Id est 24 V.

<sup>21</sup> Vladislau Przyjemskei; cfr. N. 469 et notam 490, p. 160.

<sup>22</sup> Christophorus Grzymułtowski.

<sup>23</sup> Agitur de constitutione comitiorum Grodnensium a. 1678-1679 celebratorum, cui titulus  
"O Seymach deklaracya"; cfr. VL V, p. 547.

<sup>24</sup> Michael Casimirus Pac.

dere [13v] alla promessa, fatta all'Elettore di Brandemburgo<sup>25</sup> e rattificato qui et in Lithuania al suo Ambasciatore Oberbeck<sup>26</sup>, assicurandolo di non haver che temere da questa parte, dimandò la voce e disse che tutto quanto seguiva era insussistente, poiché mancando il Prziemski mancava la voce attiva.

Tutti i Sig.ri Senatori erano di parere che si dovesse finir la Dieta e se ne dichiarorno ad uno ad uno, il che dispiacendo al Gran Generale, rispose che in Senato non vi era un Senatore fedele alla libertà et alla Patria, sopra di che ogn'uno li rispose a tuono.

Vedeva la Maestà del Re le cose assai confuse al solito, ma non mancava di speranza però che ravvedutosi il Gran Generale dell'errore, haverrebbe mitigata la sua passione per evitare quel obbrobrio del Popolo, che in eterno mai potrà cancellare, onde con disinvoltura fece remetter la sessione al Lunedì doppo pranzo.

In tanto Mons. Pallavicini, scandalizzato del mal proceder di questi e del poco affetto che scorgeva ne' medesimi verso la Patria, tutto ripieno di zelo, ardente e pio, senza riguardo alla salute propria, non prendeva né cibo né sonno, correndo incessantemente e giorno e notte da per tutto per rimediare e per avvisare la Maestà del Re, che mandava i suoi più confidenti attorno senza risparmio di regali né promesse.

Finalmente Mons. Nunzio ottenne dal Sig. Gran Generale che haverrebbe ordinato a suoi dependenti di lasciar concluder senza replica, e se bene li Lithuanì dovevan romper la Dieta, facevano quanto potevano per sottrarsi da tal ignominia, e provocando i Polacchi procuravano che ciò venisse fatto da loro.

La sera del Lunedì fu disputato alcune hore se si era [14r] o no l'attività. Tutti i Senatori con quasi tutti quelli della Corona e più di mezza la Lithuania l'accordavano, ma quando alla fine il Sig. Gran General sudetto vidde le cose vicine a voltar faccia, per corrispondere alla promessa fatta a Mons. Nunzio, dalla sua sedia in Senato mandò uno alli suoi confidenti Lithuanì ordinandogli che più non si opponessero, ma poco doppo poi diede commissione ad altro suo pio confidente di dire ad un Ambasciatore , suo pensionario, chiamato Dombroski<sup>27</sup>, che senza perder tempo protestandosi rompesse la Dieta.

Quello a pena riferita l'ambasciata, Dombroski si portò a regio trono a conferire alla Maestà Sua quanto aveva operato per comando del suo Generale. Onde poco doppo domandata la voce il Dombroski, protestandosi d'esser invalido quanto si faceva per mancanza del Prziemski, venne a rompere una Dieta che <sup>b</sup>oltre sarà<sup>b</sup> costata diversi millioni, con ciò si dà animo al

<sup>25</sup> Fridericus Gulielmus.

<sup>26</sup> Ioannes von Hoverbeck.

<sup>27</sup> Stanislaus Casimirus Dąbrowski, cfr. notam 495, p. 161.

Turco, se Dio e la prudenza di Sua Maestà non ci proveva di rendersi padrone del restante <sup>(b)</sup>-di questo Regno, con pericolo della Christianità tutta<sup>(b)</sup>.

Né molto è difficile il penetrar la causa che ha indotto il Sig. Gran Generale suddetto a precipitare la Dieta et a mettere in pericolo la propria Patria, mentre tutti sanno che havendo preso considerabili somme di denaro dall'Elettore di Brandemburgo con altre promesse ancora tanto ad effetto di rompere la Dieta per la gelosia che haveva quel Principe di vedersi la Mae- stà Sua vicino con tanta potenza che per assicurare il matrimonio del Principe, [14v] suo secondo genito, fatto senza saputa di Sua Maestà, che era primo Tutore della Principessa Radziville<sup>28</sup>, la dote della quale è quasi tutta nella Lithuania et ascende in beni a sopra 600 mila fiorini d'entrata. Anzi trovandosi il Gran Generale stimolato ad ogni momento da quest'Oberbech, Ambasciatore dell'Elettore<sup>c)</sup>, tanto di tenere parola, che d'altre premure, si scordò i vantaggi che dall'esito felice della Dieta poteva resultare alla Christianità et alla Republica, ma più tosto ha voluto con biasmo e scandalo univer- sale aderire ad un Principe calvino.

Quando il Dombroski con la protesta d'invalidità ruppe la Dieta, si sentirono in Senato sussurri d'invalidità col nome di traditore al medesimo da centinara di persone. Ma peggio però arrivò al Przemyski, mentre Venerdì ritiratosi dal Senato e descendendo a basso in Castello, fu veduto in pericolo della vita, mentre centinara di servitori con parole le più ignominiose l'as- saltorno, lo fermorno e quasi lo trucidorno.

Giovedì si darà principio alli Consigli Senatorii per trovare espedienti da mettersi in diffesa, se bene Sua Maestà applicatissimo ed informato ad ogni momento delle forze et andamenti del Turco, non dispera anche que- st'anno poterseli opporre, doverà anche pensarsi allo stabilimento del tempo per un'altra Dieta per confermare l'unione col Moscovita, i trattati col quale sono in ottimo stato, et se ne attende per momenti con uno dei nostri la total dichiaratione di Moscavia.

[15r] Prendo humilissima confidenza di trasmetter all'Eminenza V.ra questo picciolo compendio degli ultimi periodi della Dieta, acciò possa vedere che Sua Maestà non ha mancato in parte alcuna di fare ogni possibile per arrivare alla conclusione di essa, ma tandem malitia praevaluit, et io faccio all'Eminenza V.ra profondissimo inchino. Varsavia, li 28 Maggio 1681.

Di V.ra Eminenza

humilissimo etc.  
Talenti

a-a) *Pro expuncto*: dagli altri *adscriptum*.

b-b) *Linea subducta signatum*.

c) *Pro expuncto*: Imperatore

---

<sup>28</sup>Agitur de matrimonio ducissae Ludovicæ Carolinae Radziwiłł cum Ludovico, principe Bran- denburgensi, inito.

## A. 7.

**Ioannes III, rex Poloniae  
Innocentio XI, papae**

Varsaviae, 4 VI 1681.

*Dolenter nuntiat comitia Regni necopinato esse rupta. Affirmat calamitosum hoc facinus in dubium vocare tam temptatam arcis Camenecensis proximo autumno recuperationem quam frustra exspectatam armorum societatem cum Moscovitis ineundam. Scribit se - postulante necessitate - paratum esse universam nobilitatem ad arma vocare et conari pergere, ut foedus bellicum cum Moscovitis ad exitum adducatur. Sperat fore, ut rupta comitia vix imminuant paternam benevolentiam, qua summus pontifex Regnum Poloniae prosequitur.*

**Autogr.:** AV, Lettere de' Principi 108 f. 122r-v. In f. 127v notatum: "4 Giugno 1681".

Beatissime Pater  
Domine Domine Clementissime

Praemisso beatorum pedum Sanctitatis V.rae osculo meique ac Regni Ditionumque mearum commendatione.

Post taediosa semestris Consilii, imo et valetudinis meae, continuatis sessionibus afflictiae, dispendia; dum tandem, provisis domi forisque rebus, sancitis contributionibus, designatis exercitibus, dispositis ad coniunctionem Moschoviticam tractatibus, iam iam arbitrabar me piae manibus militare habere ferrum; ecce, consumata in opere suo quorundam malitia, vel invitae manui meae intrudit calamus, calamitatis Regni huius et inenarrabilis doloris mei ad Sanctitatem V.ram fidum interpretem.

Saeculorum opera e manibus meis elisa Comitiorum pulcherrimam et salutiferam molem, tot solicitudinibus perfectam, tandem ceu suppositis cuniculis stramat a culmine Troiam, tanto acerbius sentio, quanto difficilius est praeterlapsus<sup>a)</sup> hoc imminentे inutiliter Autumno, aut expugnationem Camenecii aggredi, aut ruptura Comitiorum scandalizatos Moschos ad societatem armorum allicere, aut Turcam nunc minus paratum [122v] mox vastissimi Imperii sui succinctum viribus sistere?

Ordinariis itaque salutis publicae remediis me destitutum, non deserit mens illa gloriae Dei et saluti populorum constanter dicata; non deserit studium, quo supremas Regni vires, universam Nobilitatem, ad arma et castra evocabo, quoties ultra vires praesentis exercitus aliquod periculum imminere censebo.

Hic intermittam incepturn cum Magno Moschorum Duce<sup>29</sup> promovere et perficere coniunctionis tractatum, ne proficiat inimicus in nobis et filii iniqutatis non apponant nocere<sup>30</sup>.

Maxime vero cum indubiam spem concipio in Paterna Sanctitatis V.rae teneritudine; quae ut praesenti Consiliorum casui compatietur, ita cunctis conatibus meis pro gloria Crucis et salute populorum suscipiendis, benedicere et subvenire non gravabitur. Longaevum interea Orbis Christiani regimen Sanctitati V.rae filiali candore et cultu exopto. Datum Varsaviae 4 Iunii (<sup>a-a</sup>Anno Domini 1681-<sup>a</sup>).

**Sanctitatis V.rae**

obedientissimus filius  
Joannes Rex Poloniae

<sup>a-a)</sup> *Alia manu scriptum.*

### A. 8.

**Thomas Talenti, secretarius regius  
card. Carolo Barberini, Regni Poloniae protectori**

Varsaviae, 4 VI 1681.

*Nuntiat Consilium Senatus post triduum a rege esse conclusum. Regem iterum dolorem suum declarasse propter interruptionem comitiorem atque dixisse praeclararam occasionem ad expugnandam Cameneciam et terras amissas recuperandas esse omissam. Praeterea regem annuntiasse se - exigente necessitate - universam nobilitatem sub arma evocaturum esse. Subiungit nondum esse constitutum, utrum rex cum tota aula sua in Prussiam an in Russiam profecturus sit.*

**Autogr.: BV, Barb. Lat. 6655 f. 16r-17r. In f. 17v in angulo superiore dextro notatum est: "1681. Varsavia 4. Giugno. S[ignor] Talento. risp[os]to".**

Eminentissimo e Rev.mo Signor etc.

Doppo esser stata rotta la Dieta da malevoli, si sono per tre giorni tenuti soliti Consigli alla presenza di Sua Maestà, ove pure non hanno mancati i contrasti<sup>31</sup>.

<sup>29</sup> Theodorus Alekseevič.

<sup>30</sup> Cfr. Ps 88, 23.

<sup>31</sup> Cfr. N. 498.

Il Sig. Gran Generale di Lithuania<sup>32</sup> nel suo voto disse che li veniva rimproverato dalli altri Senatori che non ardiva dire la verità. Rispose Sua Maestà che lo essortava a dirla sempre e che sapeva molto bene che mai aveva doppo il suo regnare intrapreso cosa alcuna senza il parere di tutto il Senato, e che se havevano rotta la Dieta per tema che voltasse le armi sopra l'Elettore di Brandemburgo, havevano fatto male perché ben presto la Mae- stà Sua li farebbe vedere la buona corrispondenza che haverebbe passato col medesimo.

Sua Maestà concluse il Consiglio, essagerando l'ottima congiuntura che si era persa di reprendere con Caminez tutto il perso e di fare altri conquisti, che cercheranno cento secoli una tal occasione. Che bastava a Sua Mae- stà la gloria d'havergli mostrati i mezzi e d'havergli offerta la sua vita. Che non era assuefatto di passar 20 settimane di tempo sedendo sopra una se- dia, che era avvezzo a cavallo et in campagna, e che la fatica della passata Dieta l'haveva pregiudicata la salute di molto.

[16v]La conclusione fu che essendo di continuo avvisato dall'oriente dagli andamenti del Turco, prenderà resolutione di quello doverà farsi e se le cose anderanno giustamente che farà montare a cavallo tutta la Nobiltà, tanto del Regno che del Gran Ducato<sup>33</sup>.

Vostra Eminenza non potrebbe credere a quanto si estendi la bontà di questo Gran Monarca, mentre hieri ha saputo ricever benignamente non solo i motori della rottura della Dieta, ma quelli medesimi i quali prote- standosi la ruppero.

Anzi essendosi tutto hieri sparsa voce, che il Palatino di Posnania<sup>34</sup>, es- sendo partito per acqua per portarsi ai suoi beni, fosse in barca a due leghe morto subitaneamente, il che non si è verificato se bene tal falsa nuova portò allegrezza in questi popoli, Sua Maestà ne provò un dispiacere estremo.

Per anche non si sa ove la Corte sii per voltarsi, i più però dicono in Prussia per brevi giorni, altri in Russia. Si dice però che la Serenissima Re- gina pensi portarsi alla devotione di Cestocova<sup>35</sup>.

Io in tanto supplico riverentemente l'Eminenza V.ra [17r] dell'onore del suo pregiatissimo Patrocinio e de' suoi commandi, mentre le faccio pro- fondissima riverenza. Varsavia, 4 Giugno 1681.

Di Eminenza V.ra

humilissimo etc.  
T[omaso] Talenti

<sup>32</sup> Michael Casimirus Pac.

<sup>33</sup> Cfr. notam 580, p. 191.

<sup>34</sup> Christophorus Grzymułtowski.

<sup>35</sup> Częstochowa, cfr. notam 103, p. 19.

## A. 9.

**Ioannes III, rex Poloniae  
Innocentio XI, papae**

Varsaviae, 8 VI 1681.

*Scribit post comitia ausu temerario a quibusdam abrupta, calamitosissimo Regni Poloniae statu ac condicione, unicum efficacis remedii spem positam fuisse in societate armorum cum Moscovitis contra Turcas ineunda. Iam nil aliud omnes exspectasse affirmat quam redditum ablegati regii in Moscoviam missi, finalem consensum magni ducis ad propositas foederis condiciones allaturi. Attamen eundem legatum suum ex Moscova reducem, loco separati foederis, attulisse nuntium pacis viginti annorum inter Moscovitas et Portam Ottomanicam initae. Rebus ita constitutis, appropinquante disternitione Ucrainae inter Polonię et Turciam perficienda et periculo Turcico propterea eo magis imminente, summum pontificem rogat, ut pecuniam ad bellum adversus Turcas gerendum a Sede Apostolica Polonis mutuo dandam ad stipendia Cosacis Zaporoviensibus solvenda destinari queat. Asserit Cosacos nunc in Turcica Ucrainae parte degentes in Polonię conduci et ad defensionem Regni adhiberi posse. Subiungit haec omnia uberioris principem Iosephum Carolum Lubomirski, ablegatum suum Romae praesentem, papae expositurum esse.*

**Or.: AV, Lettere de' Principi 108, f. 131r-132r.** In f. 132v in angulo superiore sinistro notatum est: "8. Giugno 1681". In media pagina: "Sanctissimo ac Beatissimo Patri Domino, Domino Innocentio Divina providentia Papae eius Nominis XI, Sacrosancta Romanae et Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Domino Clementissimo". Iuxta hanc inscriptionem conspicitur vestigium magni sigilli rotundi.

**Exemplar coaetaneum:** AV, Nunz.Pol. 99 f. 396r-v.

Sanctissime ac Beatissime Pater etc.

Post oscula Beatorum Pedum Sanctitatis V.rae, mei Regnorumque meorum humillimam commendationem.

Eam esse tum Sanctitatis V.rae erga me Regnumque meum teneritudinem, tum meam erga Sanctitatem V.ram filialis fiduciae devotionem, ut procul omni dubio sit sortes meas Dominiorumque meorum calamitates aequali mecum doloris sensu ad Sanctitatem V.ram pertinere.

Urgent fata indies ad casum praevalidum hoc quondam antemurale Christianitatis, Rempublicam Polonam, nectuntque afflictiones afflictionibus, dum nuperrima Comitia Regni huius mediatione belli Turcici in uni-

versum orbem clara Nomini Polono et securiori Regni huius tranquillitati aliquando profutura, ac demum rei Christianae perquam necessaria, ultra trimestre profundissimis rationibus extracta, post determinatas publicas omnes materias congestasque Palatinatum declarationes, in ipsa conclusionis periodo, pervicax parvorum pertinacia indignissimo ausu abruptit, modumque consilii saluberrimi abscidit, atque ultimo prope discrimini res Polonas obiecit<sup>36</sup>. Restabat adhuc unica spes solatii in coniunctione armorum Moschovitica, cuius studio et desiderio frequentissimum Senatum usque ad regressum Ablegati mei in certis punctis ad Ducem Moschorum expediti, quo sanctius ac reverentius tot votis expetitum negotium concluderetur, detinueram.

Verum cum hisce diebus redux idem Tabellarius loco propositae Coniunctionis circumstantiarumque eius relationem attulisset initi ad annos viginti foederis Moschorum cum Porta Ottomanica, idque ipsum legati eorum hic existentes publice declarando praesentem suum Tractatum in aliud [ 131v] tempus differri expertant<sup>a)</sup>, suamque activitatem iam cessare denuntiant, rursus detruditur Respublica de statu omnis spei melioris, ac post inanes rerum Tractatus et egestos in vanum sumptus atque irritos in favorem praedictae Coniunctionis labores, redit ad se tuendam propriis iisque exiguis viribus<sup>37</sup>.

In tam igitur arduis negotiis atque evidenti Reipublicae discrimine, ne videar consilia, quibus impar sum, fatis permittere, post auxilia DEI, in quo plurimum confido, solitam Sanctitatis V.rae providentiam et gratiam super Regnum hocce invoco.

Imminet dislimitatio Ukrainae a finibus Palatinatus Russiae, cuius praetextu nobilissimas terrarum portiones inviseratas Regno huic nec unquam spectantes ad Ukrainam, infidus vicinus, quo capaciorem ad viscera Regni eiusdem habeat aditum, per<sup>b)</sup> potentiam adimere satagit. Expediret itaque circa hanc limitum controversiam et defensionem, ostentare vires aliquas proportionatas praeter ordinarium militem in finibus excubantem. Sed cum per irrita Comitia destituta sit Respublica contributionibus atque modis subveniendi sibi, cogitare dignetur Sanctitas V.ra, an non esset praesentissimum remedium propulsandis periculis Regni huius, summam Sanctitatis V.rae huc pro bello Turcico ordinatam in legendos Zaporovienses convertere Cosacos ac stipendia eorum, qui ordinariis Reipublicae iuncti viribus possent incutere hosti, ne plus ultro in meditullium Regni insinuare se prae-sumat. Esset hoc certe grande momentum, non in praesens tantum sed in futurum, si flos Cosacorum sub authoramenta et signa Poloniae excitus, novo inquilino Turcarum Imperatori in sua Provincia vacuas tantum terrarum relinqueret solidines, quae ipsae ad interim nos distinguerent et defenderent; in poste[132r]rum ille ipse militaturus Reipublicae Cosacorum

<sup>36</sup> Cfr. N. 469, 475, A. 6.

<sup>37</sup> Cfr. N. 515.

numerus illectus stipendiis contenderet aliquando suas repetere domos iugumque servitutis excutere. Quod reliquum est, humillimis a Sanctitate V.ra, cui arbitrium et regimen orbis Christiani desuper datum est, contendo precibus, ut non solum capita Christianitatis ad sensum malorum Reipublicae huius excitare non intermittat, verum etiam ipsa Sanctitas V.ra calamitosum eiusdem non deserat statum, quinimo Paterno foveat patrocinio opportunisque succurrat suffragiis. Quod dum uberioris nomine meo et Reipublicae Sanctitati V.rae Magnificus Princeps Lubomirski<sup>38</sup>, Allegatus meus Romae praesens, exponet, efficaci ipsum excipere dignetur gratia, eundemque Paterna sua declaratione ex voto Reipublicae munitum ad Patriam dimitat. Felix interim diuturnumque Sanctitati V.rae cum longaeva incolmitate Orbis Christiani ex animo voveo imperium. Dabantur Varsaviae, die VIII.a mensis Iunii Anno Domini MDCLXXXI.

**Eiusdem Sanctitatis V.rae**

(<sup>c-</sup>obedientissimus filius  
Joannes Rex Poloniae<sup>-c</sup>)

- a) *In copia: expetunt.*
- b) *In copia verbum: per deest.*
- c-) *Autographum.*

**A. 10.**

**Ioannes III, rex Poloniae**  
**Innocentio XI, papae**

Varsaviae, 16 VI 1681.

*Iterum exposcit Regno suo a papa concedi subsidium pecuniarium ad bellum adversus Turcas faciendum destinatum, mentionem faciens prioris epistulae suae de hoc negotio scriptae (cfr. A. 9). Si tamen resolutio in hac re capienda maturiore deliberatione opus haberet et in longius extraheretur, rogarat, ut papa Regno suo saltem summam 20 milium aureorum Hungaricantium mutuo dare dignetur, exsolutionem debiti proxime futuro autumno promittens.*

**Or.: AV, Lettere de' Principi 108 f. 134r-v. In f. 135v in angulo superiore sinistro notatum est: "16 Giugno 1681". In media pagina: "Sanctissimo ac Beatissimo Patri, Domino, Domino Innocentio Divina providentia Pa-**

---

<sup>38</sup> Iosephus Carolus Lubomirski.

pae Nominis XI, Sacrosanctae Romanae et Universalis Ecclesiae Pontifici Maximo, Domino Clementissimo". Iuxta hanc inscriptionem conspiciatur vestigium magni sigilli rotundi.

**Sanctissime ac Beatissime Pater  
Domine Domine Clementissime**

**Post oscula Beatorum Pedum Sanctitatis V.rae mei Regnorumque meorum humillimam commendationem.**

Exaravi fusoribus literis<sup>39</sup> Sanctitati V.rae, quis turbo praecipitet res Polonas, quove loco salus ac integritas huius Reipublicae sit; perit, nisi ei succurrat protectrix universae Christianitatis Sancta Sedes Apostolica; dum primo exemplo, non ut olim cum post Danubium hostis fama tantum et terore virium valebat in Rempublicam, sed cum ad portas, imo in visceribus Regni, e domibus et contuberniis quotidie adspicitur, male sana quorundam licentia iam prope conclusa nuperrima pessum dedit comitia.

Excitabunt non dubito illae literae in pectore pientissimo Sanctitatis V.rae iustum dolorem super vices Regni huius, movebunt compassionem erga [eum]<sup>a)</sup> ipsum, qui intentiones meas pro DEO, Fide ac Patria sacras torpere palmasque triumphales obiectu proprii capit is quaerendas, quas tot coniuncturae opportunarum hoc anno occasionum in benedictionibus Sanctitatis V.rae parabant, exarescere maesto lugeam animo.

Iisdem illis literis submisi paternaे protectioni Sanctitatis V.rae relictam Rempublicam sine sufficienti praesidio [eo]<sup>a)</sup> aerario, in profundo periculorum velis remisque destitutam, orbam contributionibus, quae non nisi Comitiis indicuntur.

Proposui insuper Sanctitati V.rae praesentissimum remedium salvandae huius Reipublicae, Cosacorum pro custodia Regni authoramentum atque perpetuam eorum in obsequio Reipublicae militiam ex summa Sanctitatis V.rae ordinata parandam et conservandam.

Adiicio praesentibus adhuc, si ita visum fuerit Sanctitati V.rae, cui generalis totius Christianitatis incumbit protectio, ut more Praedecessorum suorum, qui pro fortificatione Camenecensi multum contulerant, aliquot fortalitia in finibus Regni ad perpetuas excubias contra infidum Christiani no[134v]minis hostem sub nomine et auspiciis suis erigat, perpetuumque a se et Sancta Sede Apostolica derivatae erga Poloniam protectionis figat monumentum; unde Roxolanae gentes Romanam recognoscant pietatem, habentque aliquando calcar ad Sanctam in Unione fidem; Res vero Publica Nostra suam Sanctis Apostolorum liminibus debeat conservationem.

Si tamen harum et his similium propositionum ad securitatem Regni huius efficacissimarum, forte ita delictis nostris merentibus, per matuiores

---

<sup>39</sup> Die 8 VI 1681 datis; cfr. A. 9.

deliberationes resolutio et decisio in longius extrahi deberet: vel id a Sanctitate V.ra instantaneae et praegnantes necessitates Regni huius obtineant, ut ex hac summa mutuo habere Thesaurus Regni valeat saltem viginti milia aureorum Ungaricalium, praevia omnimoda assicurazione et submissione Senatorum ad latus meum existentium, proxime et immediate venturo autumno restituendorum et reponendorum ad manus easdem, ex quibus levabuntur.

Ita enim, subsecuto Comitiorum casu, omnes substitere Contributionum cursus, ut pro hic et nunc Reipublicae urgentibus necessitatibus nec sufficiat Thesaurus, nec habeat ullos in promptu modos<sup>40</sup>.

Desiderat itaque Respublica eo in passu et casu ad caeteras gratias Sanctitatis V.rae adiici hanc facilitatem mutuandae pecuniae, cuius certo certius pro tempore praefixo realem Sanctitas V.ra recipiet exolutionem cum faenore perennis gratitudinis. Cui dum me singularioribus documentis obnoxium esse profiteor, felix etiam diuturnumque cum longaeva incolumitate Sanctitati V.rae Orbis Christiani appreco imperium. Dabantur Varsaviae, die XVI.a mensis Iunii, Anno Domini MDCLXXXI.

Eiusdem Sanctitatis V.rae

(b)-obedientissimus filius  
Joannes Rex Poloniae<sup>-b)</sup>

a) *Textus partim deletus.*  
b-b) *Autographum.*

## A. 11

**Iosephus de Camillis, procurator generalis Ruthenorum  
Augustino Favoriti, secretario S. Congregationis Consistorialis**

Romae, [po 20 VI] 1681.

*Edocet eum de successibus metropolitae Ruthenorum uniti, Cypriani Żochowski, in Ruthenis orthodoxis (schismaticis) ad unionem cum Ecclesia Catholica alliciendis. Significat accidente studio et diligentia eiusdem metropolitae Cypriani tempore comitiorum Varsaviensium a. 1681 ad Unionem accessisse episcopos orthodoxos: Innocentium Winnicki Premisiensem et Iosephum Szumlański Leopoliensem. Refert praeterea, catholica fidei professione a dictis episcopis praestita, Cyprianum Żochowski, praesente rege cum tota familia et senatoribus, Missam sollemnem secundum ritum Graecum et*

---

<sup>40</sup> Cfr. N. 538, 539.

*in lingua Slavica pontificaliter cantasse. Subiungit in terris Russiae in aliquot locis erigi et aedificari nova monasteria Basiliatorum unitorum.*

[**Copia ?**]: AV, Nunz. Pol., Add. XIII, s. f. In pagina sequenti, post finem litterarum, inscriptio: "All'Ill.mo Monsig.re Favoriti".

Illustrissimo Signore.

Essendomi stato rappresentato il desiderio che V.ra Signoria Ill.ma ha di sentire un distinto raguaglio di quanto sia seguito quest'anno 1681 in Varsavia intorno all'Unione de i Ruteni scismatici con la Santa Chiesa Romana, io secondo le relationi, havute per lettere da Varsavia li 3 Aprile<sup>41</sup> gli notifico brevemente come:

Il Mons. Cypriano Zochouschi<sup>42</sup>, Arcivescovo Metropolitano di tutta la Russia, da che per la gratia di Dio e della Santa Sede Apostolica fu assonto a quel trono, havendo pigliato per mira di ridurre quei popoli per lo scisma smarriti all'Ovile di Christo, sempre s'adoprò con ogni suo potere d'arrivar all'intento; ed oltre la resistenza che fece a i scismatici acciò non si dilatassero punto con i loro errori, gli venne fatto d'acquistar parecchie centinaia d'anime alla fede, con agregar agl'uniti molte parrocchie, che prima erano de' scismatici.

Ma quest'anno, dopo haver composto e fatto stampare in lingua polacca un libro in foglio<sup>43</sup>, dedicandolo alla Maestà del Serenissimo Re di Polonia, nel quale con argomenti novi e cavati da i libri Schiavoni e Moscoviti, prova chiaramente l'autorità et il primato della Chiesa Romana e la verità delle sue definitioni, in particolare intorno alla processione dello Spirito Santo et ad altri punti che i Greci negano, si portò prima a Lublino<sup>44</sup> e dopo a Varsavia, dove si facevano li Comitii del Regno; et ivi tanto s'adoprò con il Vescovo di Premislia, cognominato Vinnisch<sup>45</sup>, e con il Vescovo di Leopoli, cognominato Lumlanschi<sup>46</sup>, che con l'aiuto celeste e con i favori di Sua Maestà e di

---

<sup>41</sup> Tales litterae mihi sunt ignotae.

<sup>42</sup> Cyprianus Zochowski, metropolita Russiae unitus.

<sup>43</sup> Hic agitur de opere Cypriani Zochowski, cui titulus: "*Colloquium Lubelskie miedzy zgodnq y niezgodnq Braci Narodu Ruskiego, vigore Constitucyey Warszawskiey, na dzien 24 Stycznia, Anno 1680...*" [Colloquium Lublinense inter consentientes et dissentientes fratres Nationis Ruthenicae, vigore Constitutionis Varsaviensis, ad diem 24 Ianuarii, anno 1680], edito Leopoli a. 1680, in officina typographica Societatis Iesu.

<sup>44</sup> Colloquium inter Ruthenos unitos et schismaticos, mense Ianuario a. 1680 Lublini habitum, nullum prosperum exitum attulit; cfr. Andrusiak, p. 77 et seq.

<sup>45</sup> Innocentius Winnicki.

<sup>46</sup> Iosephus Szumlański.

Mons. Nunzio, indusse ambidue a far publicamente la professione della santa fede cattolica e dichiararsi uniti con la Santa Chiesa Romana<sup>47</sup>.

Fu straordinario il giubilo, che sentì tutta quella Corte, non solo per l'acquisto fatto, ma per quello che si può sperare di farsi alla Chiesa; perché i detti due Vescovi neouniti, governando nelle loro Diocesi da quattromila Chiese, con seicentomila anime in circa, facilmente s'indurranno li gregi a seguir i loro Pastori; et ad esempio loro pian piano s'indurrà tutto il resto de' scismatici, che sogiacciono a quella Corona, ad abiurare lo scisma et abraciare la Santa Unione; con speranza di propa-[v] garsi anche in Moscova, dove universalmente si osserva il rito Greco in lingua Schiavona, come si fa nella Russia.

Si agiustarono in oltre le differenze che vertevano fra il Vescovo Malachouschi<sup>48</sup> unito, et il sudetto Vinnischi, con assegnarsi al Malachouschi da 500 parochie e quattro mila fiorini d'entrata l'anno, con patto che chi dei due restasse dopo la morte dell'altro fosse assoluto possessore di tutta la Diocesi di Premislia, che rende da 20 mila scudi d'entrata.

Per questi prosperi successi Sua Maestà ringratìò con molta espressione d'affetto dal suo trono il sudetto Mons. Metropolita, e gli promisse ogni assistenza e favore nelle occorrenze. E per maggiormente esprimergli il suo affetto, volle che nella Capella Regia cantasse pontificalmente la Messa Greca in lingua Schiavona, desiderando d'udirla egli con la Regina e figli, e con i Senatori del Regno. Il che eseguì prontamente il sudetto Mons. Metropolita con molto decoro, assistito dalli Vescovi di Chelma e di Vlodimiria<sup>49</sup>, dal Gran Generale dell'Ordine di San Basilio Magno<sup>50</sup> e da altri Abbati di quell'Ordine, e diede a tutti quei Signori straordinaria consolatione. E Sua Maestà non solo per il decoro con che fu fatta quella funtione, ma anche per esser egli nativo di Russia, mostrò consolatione maggiore, e volle che dopo la Messa i musici Ruteni cantassero in Schiavono Inno alla Beata Vergine, alla quale porta non ordinaria devozione.

Oltre le straordinarie fatiche, sofferte in Lublino et in Varsavia, per quest'opera dal sudetto Mons. Metropolita furono spesi da 45 mila fiorini. Et il Signore Iddio corrispondendo al suo zelo, per consolarlo, inspirò alcuni Signori, che facessero nove fondationi per i Basiliani uniti. Onde si ergono al presente in Vitepsco dal Sig. Kosrek<sup>51</sup>, in Fyshova<sup>52</sup> dalla Sig.ra Palatina di Bresta<sup>53</sup>; in Ostrovna dal Sig. Capitano <sup>(a)</sup> Starosta <sup>(a)</sup> di Braslavia, et in

<sup>47</sup> Cfr. N. 310

<sup>48</sup> Ioannes Małachowski, epus Premisiensis unitus; cfr. N. 491.

<sup>49</sup> Iacobus Susza, epus unitus Chelmensis, et Leo Zalewski, epus unitus Vladimiriensis et Brestensis; cfr. ANP XXXIV/1, notas 788, 789, p. 327.

<sup>50</sup> Stephanus Martyszkiewicz-Businski.

<sup>51</sup> Adamus Kisiel, notarius terrestris Vitebsensis. Monasterium Basilianorum unitorum Vitesci ab eo fundatum in comitiis a. 1690 celebratis sancitum est; cfr. VL V, p. 825.

<sup>52</sup> Statuere non potui, de quo loco hic agatur.

<sup>53</sup> Ioanna Petronilla Kurcz, circa a. 1655 uxor palatini Brestensis (in Lithuania) Stephani Kurcz, filia castellani Vilnensis Nicolai Sapieha († 1644).

Leopoli dal Sig. Palatino di Russia<sup>54</sup> novi Monisteri [sic]. Questo è quanto posso per ora riferire a V.ra Signoria Ill.ma a cui bacio humilmente le mani.

Di V.ra Signoria Ill.ma

humilissimo Servitore  
Giuseppe de Camillis<sup>55</sup>,  
Procurator Generale de Ruteni

a-a) *In textu: Ostarosta*

### A. 12.

#### **Processus informativus Casimiri Ioannis Opaliński ad episcopatum Culmensem nominati, ab Opitio Pallavicini peractus**

Varsaviae, 26 VI 1681 - 8 VII 1681.

*In processu Casimiri Ioannis Opaliński, epi titularis Diocletiani et epi coadiutoris Posnaniensis, ad episcopatum Culmensem, post Ioannis Małachowski ad episcopatum Cracoviensem translationem vacantem, nominati, examinati sunt testes qui sequuntur: Cherubinus a Puero Iesu, carmelita discalceatus; Adamus Przeborowski, Societatis Iesu sodalis, confessarius regius; Franciscus a Iesu Maria, rector collegii Varsaviensis Scholarum Piarum; Nicolaus Popławski, decanus Plocensis et Varsaviensis, auditor epi Posnaniensis; Casimirus Szczuka, abbas Paradisiensis; Chrysostomus Olszowski, decanus Culmensis. Sequitur professio fidei a Casimiro Ioanne Opaliński praestata, attestaciones nuntii et notarii nuntiaturae. Actis processualibus annexa est epistula regis ad card. Alderanum Cybo de eodem Opaliński ad episcopatum Culmensem confirmando.*

**Or.: AV, Proc. Conc. 80 f. 318r- 326v. In f. 326r decisio Curiae Romanae de Casimiro Ioanne Opaliński epo Culmensi nominato, a Regni Poloniae protectore, card. Carolo Barberini, subscripta: "Viso supradicto processu ex contentis in eo censeo supradictum Rev.dum Dominum Casimirum Opaliński [sic], Epum Diocletianum, esse dignum qui ad dictam Ecclesiam Culmensem transferatur illique in Episcopum praeficiatur et Pastorem. Card[inalis] Carolus Barberinus". In f. 327r-v epistula Ioannis III regis ad card. Alderanum Cybo 23 VI 1681 data, qua petit, ut Casimirus Ioan-**

<sup>54</sup> Stanislaus Ioannes Jablonowski.

<sup>55</sup> Josephus de Camillis († 1704 aut 1706), natione Graecus, Ordinis S. Basilii Magni sodalis, a. 1674-1689 procurator generalis Ruthenorum unitorum Romae, ab a. 1689 epus titularis Sebastensis et vicarius apostolicus Munkacsiensis.

nes Opaliński ad dioecesim Culmensem confirmetur. In f. 329v adnotatio: "Culmen[sis]. 18 9bris 1681".

IN DEI NOMINE. AMEN.

Processus super vita, idoneitate, caeterisque requisitis Ill.mi et Rev.mi Domini Casimiri Opalinski, Episcopi Diocletiani, Coadiutoris Posnaniensis, transferendi ad supplicationem Serenissimi Regis Poloniae ad Ecclesiam Cathedralem Culmensem et Pomesaniae, vacantem per ascensum Ill.mi et Rev.mi Domini Ioannis Małachowski<sup>56</sup>, ultimi et immediati Episcopi et Possessoris, ad Episcopatum Cracoviensem, nec non super statu eiusdem Cathedralis Ecclesiae Culmensis et Pomesaniae, formatu per Ill.mum et Rev.mum Dominum Optimum Pallavicinum, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopum Ephesinum et Nuntium Apostolicum, tenoris ut infra sequitur.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Anno a salutifera eiusdem Incarnatione millesimo sexcentesimo octuagesimo primo, inductione Romana quarta, die vero mensis Iunii, Pontificatus autem Sanctissimi Domini N.ri Domini Innocentii, Divina Providentia Papae XI, anno quinto.

Coram Ill.mo er Rev.mo Domino Opitio Pallavicino, Aepo Ephesino, Sanctissimi D.ni N.ri Praelato Domestico et Assistente, eiusdemque et Sanctae Sedis Apostolicae ad Serenissimum Ioannem Tertium, Poloniae Regem Potentissimum, totumque Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntio Apostolico.

Comparuit personaliter Perillustris D.nus Hiacynthus Tholibowski, auctorius Ill.mi et Rev.mi D.ni Casimiri Opalinski, Episcopi Diocletiani, Coadiutoris Posnaniensis, et nomine eiusdem Ill.mi et Rev.mi Domini exposuit, eundem Ill.mum et Rev.mum Dominum optare se ex gratia et benignitate praefati Sanctissimi D.ni N.ri Innocentii, Divina Providentia Papae XI, eiusque Sanctae Sedis Apostolicae transferri ad Cathedralem Ecclesiam Culmensem, vacantem per translationem Ill.mi et Rev.mi Domini Ioannis Małachowski, ultimi illius et immediati Episcopi et Possessoris, ad Ecclesiam Cathedralem Cracoviensem, deque eadem sibi provideri ad petitionem Serenissimi Regis Poloniae, ideo nomine quo supra debita cum instantia petiit per Dominationem Suam Ill.mam fieri inquisitionem super vita et idoneitate ac aliis requisitis eiusdem Ill.mi et Rev.mi D.ni Casimiri Opalinski, et super statu, situ, qualitate et caeteris circumstantiis eiusdem Cathedralis Ecclesiae, iuxta Concilii Tridentini Decreta et Constitutionem felicis recorda-

---

<sup>56</sup> Ioannes Małachowski erat epus Culmensis a.1676-1681.

tionis Gregorii XIII<sup>57</sup> ad hoc, ut Sanctitas Sua de his omnibus et singulis bene informata et instructa, possit et valeat pro Sua pietate et zelo circa optimum dictae Ecclesiae regimen et statum, totiusque cleri et populi commodum et utilitatem, consultius prospicere et providere.

Qui Ill.mus et Rev.mus Dominus Nuntius Apostolicus antedictus praedita admisit, si et in quantum ac petitionem huiusmodi iustum et rationabilem attendens, dictum Processum confici, iuramenta et depositiones testium per Dominationem Suam Ill.mam ex officio vocandorum et examinandorum recipi, caeteraque omnia necessaria et opportuna fieri, et per me, Notarium et Cancellerium infrascriptum rogari, ac omnia et singula in publicam formam redigi et in publicum instrumentum sive documentum mandavit, ut ita redacta suis loco et tempore ad praefatum D.num N.rum Papam transmitti valeant.

Deinde idem Ill.mus et Rev.mus D.nus Nuntius Apostolicus mandavit infrascriptos testes ad se vocari ex officio nominandos, ut super interrogatorii per Dominationem Suam Ill.mam dandis secreto examinari possint, praestito prius in eiusdem manibus iuramento in forma etc. et ita etc. omni etc.

[318v] Sequuntur interrogatoria data per eundem Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium Apostolicum.

**Et primo.**

Interrogatoria ex officio facienda testibus secreto vocandis et examinandis super qualitate et requisitis Ill.mi et Rev.mi D.ni Casimiri Opalinski, Episcopi Diocletiani, Coadiutoris Posnaniensis Episcopi, transferendi ad supplicationem Serenissimi Regis Poloniae ad Cathedram Ecclesiam Culmensem et Pomesaniae?

1.<sup>um</sup> An testis cognoscat Ill.mum et Rev.mum D.num Episcopum Transferendum, quomodo, a quanto tempore citra, an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus?

2.<sup>um</sup> An sciat eum consecrationis munus suscepisse, et quae sit causa scientiae?

3.<sup>um</sup> An sciat per quot annos fuerit Episcopus Diocletianus et Coadiutor Posnaniensis, et quae sit causa scientiae?

4.<sup>um</sup> An sciat eum in sua Ecclesia et Dioecesi assidue resedisse, et quae sit causa scientiae?

5.<sup>um</sup> An sciat eum diligenter et saepe dictam suam Ecclesiam et Dioecesim visitasse, opportune omnibus necessitatibus occurrisse et providisse, eiusque decreta et mandata debitae executioni demandari curasse, et quae sit causa scientiae?

<sup>57</sup> Conc. Trid. Sessio XXII, can. 2, de reformatione, et constitutio Gregorii XIV "Onus Apostolicae servitutis", 15 V 1591 promulgata, cfr. Bullarium Romanum IX, p. 419-424, par. 5.

6.<sup>um</sup> An sciat eum saepe solemniter celebrasse, ordinationem iuxta necessitatem exigentium habuisse, confirmationis sacramentum ministrasse, caeteraque pontificalia exercuisse, et quae sit causa scientiae?

7.<sup>um</sup> An sciat eum pietatis, charitatis et prudentiae in gubernando specimen deditse, ac verbo et exemplo profecisse, et quae sit causa scientiae?

8.<sup>um</sup> An sciat eum prudenter ubilibet et diligenter se gessise in defendendis, conservandis et augendis iurisdictionibus spirituali et temporali, iuribus ac bonis omnibus suae Ecclesiae, et quae sit causa scientiae?

9.<sup>um</sup> An sciat vere ea doctrina ipsum ad praesens pollere, quae in Episcopo requiritur ad hoc, ut possit alios docere, et quae sit causa scientiae?

10.<sup>um</sup> An sciat, quod eo tempore, quo Ecclesiae ad qua est trasferendus praefuit, et toties quoties debuit, visitaverit limina Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe, ad formam constitutionis recentis memoriae Sixti Papae V.ti anno 1585, XIII Kalendas Ianuarii Pontificatus sui anno primo edita, et quae ipse Ill.mus Transferendus se visitaturum iuravit in sua consecratione, et quae sit causa scientiae?

11.<sup>um</sup> An sciat, quod idem Ill.mus Transferendus adimpleverit omnia decreta, quae in bullis suae provisionis fuerunt iniuncta et quae ex iisdem bullis debebant colligi, ut exempli gratia: quod sacrarium sacra supellectili sufficienter instruxerit vel Ecclesiae Cathedralis seu domus episcopalnis reparationibus pro viribus incubuerit, aut praebendam theologalem seu poenitentiariam vel seminarium instituerit, montemque pietatis erigi curaverit, et an similia, quae in praedictis bullis apostolicis, ut supra, fuerunt praescripta.

12.<sup>um</sup> An dignum existimet qui transferatur ad Ecclesiam Cathedralem Culmensem, et an censeat eius translationem ipsi Cathedrali Ecclesiae Culmensi utilem et proficuam, et quare ita censeat et existimet?

### **Interrogatoria super statu Ecclesiae Culmensis**

[*Textum interrogationum vide: ANP XXXIV/1, p. 339-340*]

**[319r] Die Iovis 26 Iunii 1681**

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium Apostolicum suprascriptum in camera solitae audientiae Suae Ill.mae et Rev.mae Dominationis Rev.dus Pater, Frater Cherubinus a Puero Iesu, Carmelita Discalceatus, aetatis suae anorum 32 circiter, ut asseruit et ex aspectu apparuit, testis ex officio vocatus et secreto per Dominationem Suam Ill.mam examinatus, cui delato iuramento veritatis dicendae, prout tactis etc. iuravit et depositus prout infra, videlicet:

Ad 1.<sup>um</sup> Recognosco a 2 annis cum dimidio Ill.mum et Rev.mum D.num Opalinski, Coadiutorem Posnaniensem, cum fuerim Posnaniae in illo nostro conventu, et ipse veniret ad nos et nos eundem adiremus, et praeterea ex

quo, cum esset Coadiutor illius Dioecesis, erat bene notus communiter; ego non sum eius consanguineus, affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.<sup>um</sup> Audivi publice dici esse consecratum in Episcopum Diocletianum.

Ad 3.<sup>um</sup> Ab anno circiter est consecratus<sup>58</sup>, quod scio ex relationibus, caeterum dempta illa temporis circumstantia de consecratione mihi non<sup>a)</sup> constat, cum audiverim a meis confratribus communiter dici, quod consecrasset quadam die Ecclesiam nostrarum Sororum, quo ego non accessi permanens in conventu.

Ad 4.<sup>um</sup> Mansit, postquam factus est Coadiutor, in illa Dioecesi per plura intervalla temporis, continuo tamen non mihi videtur permansisse.

Ad 5.<sup>um</sup> Se nescire, scire tamen quod egregio zelo transeundo per oppidum, cum inveniret supellectilem sacram altaris immundam, acriter redarguit illum pastorem.

Ad 6.<sup>um</sup> (b) Se nescire. (b)

Ad 7.<sup>um</sup> Meo iudicio prudenter gubernat, et scio, quod dedit argumenta charitatis eleemosynas dando, et nihil audivi mali exempli de ipso.

Ad 8.<sup>um</sup> Communiter audivi dici, quod promoveat Cultum Divinum et defendat ecclesiasticos, in caeteris se nescire.

Ad 9.<sup>um</sup> Se nescire.

Ad 10.<sup>um</sup> Se nescire.

Ad 11.<sup>um</sup> Iudicium de tanta re formare non audeo, spero tamen, quod erit utilis Ecclesiae, cui praeficietur.

Et tunc Ill.mus et Rev.mus Dominus, attento quod Pater non est informatus etc., dimisit eum, mandando quod se subscribat.

Ita deposui pro veritate Frater Cherubinus a Pueru Jesu, Carmelita Discalceatus.

(c) approbo lituram vocis "non" in secunda linea responsionis ad articulum tertium. Richardus Cody<sup>c)</sup>.

[319v] Deinde [die vigesima]<sup>d)</sup> septima mensis Iunii comparuit personaliter Ill.mus et Rev.mus D.nus Casimirus Opalinski, Episcopus Diocletianus et Coadiutor Posnaniensis antedictus, coram praefato Ill.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico, et petiit se admitti ad praestandum solitum iuramentum professionis fidei.

Quocirca Nos, Optius Pallavicinus, Archiepiscopus Ephesinus et Nuntius Apostolicus antedictus, eudem Ill.mum et Rev.mum D.num Casimirum Opalinski ad praestandam fidei professionem admisisimus, qui quidem coram Nobis in praesentia Cancellarii Nostri testiumque infrascriptorum ad

<sup>58</sup> Casimirus Ioannes Opaliński epus titularis Diocletianus (Diocletianensis) consecratus est die 24 III 1680 in ecclesia collegiata Varsaviensi. Consecrationem eius perfecit epus Posnaniensis Stephanus Wierzbowski; cfr. AV, Nunz. Pol. 98 f. 210r.

Sancta Dei Evangelia iuramentum praestitit ac fidei professionem emisit,  
prout in folio sequenti:

[320r] Ego, <sup>de</sup>Casi[mirus] Joannes Opalenski Episco[pus] Dyo[cletianus],  
Coad[iutor] Ep[iscop]i Posna[niensis] m[anu] p[ropria]<sup>et</sup>.

[*Sequitur professio fidei typis impressa , vide: ANP XXIV / 1, p. 371-372*]

### **[Attestatio Nuntii]**

[320v] <sup>de</sup>Ego, Opicius, Archiepiscopus Ephesinus Nuntius Apostolicus, fidei professionem iuxta supradictam formam ab Ill.mo et Rev.mo D.no Casimiro Ioanne, Episcopo Diocletianensi, in manibus meis de verbo ad verbum emissam recepi et ita testor manu propria<sup>et</sup>.

Locus sigilli

### **[Attestatio Notarii]**

<sup>c</sup>In Dei Nomine. Amen. Omnibus et singulis, quorum interest, fidem facio et attestor ego infrascriptus, quod anno eiusdem Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo octuagesimo primo, indictione Romana quarta, die vero vigesima septima mensis Iunii, constitutus personaliter Ill.mus et Rev.mus D.nus Casimirus Opalinski, Epus Diocletianus et Coadiutor Posnaniensis, coram Ill.mo et Rev.mo D.no Optio Pallavicino, Archiepiscopo Ephesino et in Regno Poloniae etc. Nuntio Apostolico, meque<sup>a)</sup> [321r] flexis genibus et Sacrosanctis Evangelii, quae p[re]e manibus habebat, tactis, medio iuramento supradictam fidei professionem de verbo ad verbum, prout iacet, in manibus eiusdem Ill.mi et Rev.mi D.ni Nuntii Apostolici emisit, praesentibus Perillustri et admodum Rev.do D.no Ioanne Kostinski<sup>59</sup>, sanctae theologiae et iuris utriusque Doctore, Praeposito Goreensi et Sochonoviensi, et Perillustri D.no Nicolao Anthonio Silvester, aulico prae-fati Ill.mi et Rev.mi D.ni Nuntii Apostolici, testibus ad praemissa vocatis, habitis atque rogatis. Actum Varsaviae in Palatio Nuntiaturae Apostolicae, die, mense, anno quibus supra, et in fidem me subscripsi et meo solito signo munivi.

Richarus Cody  
Notarius et Cancellarius  
Apostolicae Nuntiaturae<sup>c)</sup>

Locus signi

---

<sup>59</sup> Cfr. notam 806, p. 279.

## [322r] Die 28.a Iunii.

Examinatus fuit per Ill.mum *etc.* admodum Rev.dus Pater Adamus Przeborowski<sup>60</sup>, Societatis Iesu, confessarius Regius, aetatis suae annorum 50 et amplius, prout asseruit, testis ex officio vocatus *etc.*

Ad 1.<sup>um</sup> Novi Ill.mum Dominum Casimirum Opalinski, Episcopum Diocletianum, Coadiutorem Posnaniensem, a multo quidem tempore, non sum ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, inimicus vel odiosus.

Ad 2.<sup>um</sup> Scio ipsum consecrationis munus suscepisse praeterito anno in Ecclesia Collegiata Sancti Ioannis Varsaviae, eramque praesens actui cosecrationis, cui Rex intererat et magna populi frequentia.

Ad 3.<sup>um</sup> Fuit petitus Coadiutor a quatuor annis circiter, et est Episcopus Diocletianus a 15 mensibus circiter, de petitione ad coadiutoriam de eo tempore, ut dixi supra, mihi constat, quia communiter sic dicebatur, prout de destinatione ad Ecclesiam Diocletianam.

Ad 4.<sup>um</sup> In Ecclesia Posnaniensi resedit a tempore, quo est destinatus a Sancta Sede Apostolica, et obiit munera, quae Ill.mus Coadiutus ipsi demandavit, quod scio quia aliquando vidi, aliquando audivi ipsum exercuisse munia praedicta.

Ad 5.<sup>um</sup> De Ecclesia Diocletiana non est loquendum, quo autem ad Posnaniensem, non scio ipsum visitasse, quia fortasse non fuit opus, neque commissio Coadiuti; scio ipsum occurrisse aliquibus necessitatibus Ecclesiae Posnaniensis, praecipue in oeconomicis, restaurando multa bona, quae restauratione indigebant, ut est notum in vicinia; alias suppono non fuisse frequentiorem occasionem occurrenti necessitatibus, cum adhuc vivat Coadiutus, qui per se ipsum multa expedit, et per suos officiales, quod multis est notum dioecesanis et vicinis.

Ad 6.<sup>um</sup> Ter vel quater ipsum vidi solemniter et pontificaliter celebrantem, privatum saepius, de sacramento confirmationis per ipsum ministrato mihi non constat. Quantum ad ordinationes, ipsum vidi semel ordinantem, audivi etiam illum bis ordinavisse, quoad exercitium aliorum muniorum pontificalium ignoro. Caeterum quia tota cura pastoralis ipsi non incumbebat, forte non est data occasio frequentioris exercitii, et fortasse pluries exercuerit quam ego vidi aut audivi, pro causa scientiae respondit: vidi, audivi praedicta, prout supra.

Ad 7.<sup>um</sup> Exercuit opera pietatis et charitatis, horas suas canonicas recitando, Missas legendo vel audiendo, infirmis assistendo, quod ipsem vidi, et alia agendo providi pastoris munia; quoad prudentiam, satis iudicii habet, non fuit tamen occasio frequens mea notitia illud exercendi, attenta

<sup>60</sup> Adamus Przeborowski vel Przyborowski (1629-1683), Societatis Iesu sodalis, concionator, theologus, cappellanus et confessarius Ioannis III. Interfuit expeditioni Vindobonensi contra Turcas, obiit Posonii (Presburgi) 2 X 1683; cfr. PSB XXVIII, p. 667-668.

vita Coadiuti. Quoad exemplum tam operis, quam sermonis, nihil de ipso scandalosum audivi, praeter alias efferventicias cholerae, quas tamen putem utcunque tolerabiles, nec tales quae ipsius ascensum ad Ecclesiam Culmensem vel aliam istius Regni iure impedire possint. Interrogatus de causa scientiae respondit: ex praedictis quaedam vidi, quaedam audivi.

Ad 8.<sup>um</sup> Ut dicebam prius, vita Ill.mi Coadiuti sustulit occasionem frequentiorem D.no Coadiutori exercendi talenta sua, caeterum quantum mihi constat ex satis longa experientia, quam habeo de sua persona, ipsum semper repperi fidei et iurisdictionis ecclesiasticae zelosum defensorem, imo in defendendis bonis temporalibus suae Abbatiae Bledzoviensis<sup>61</sup>, cuius erat Abbas, fuit graviter vulneratus, quae scio ex publica fama, tum ex conversatione supradicta.

Ad 9.<sup>um</sup> Tantam scientiam habet praefatus D.us Coadiutor, qua possit populum docere in fidei misteriis. Caeterum quibus studiis operam navaverit, non mihi constat; ex frequenti tamen conversatione, quam secum habeo, facile suppono illum ea scientia pollere, qua plurimi alii pollut, quo a Sancta Sede Romana ad Episcopatus approbatos novi, quod scio ut supra.

Ad 10.<sup>um</sup> Quantum ad Coadiutoriam Posnaniensem, non scio an ipsi et D.no Coadiuto domandatum fuerit, quatenus ad sacra limina Apostolorum accederet, quantum ad Episcopatum Diocletiae, [322v] cum sit in partibus, non appareat obligatio.

Ad 11.<sup>um</sup> Quandoquidem de Diocletiana Ecclesia, ut in partibus existente, non sit loquendum, et quantum ad Posnaniensem, ibidem non fuerit nisi simplex Coadiutor, putem omnia cessare, de quibus in praesenti interrogatorio.

Ad 12.<sup>um</sup> Omnino putem eum dignum esse qui transferatur ad Ecclesiam Culmensem, eiusque translationem Ecclesiae futuram utilem, conducibilem et proficuam, cum enim sit vir zelosus et contra fidei hostes defensor, habebit satis latum campum exercendi ibidem suum zelum, attento magno haereticorum numero, quibus Episcopatus ille abundat.

Ita deposui pro veritate  
Adamus Przeborowski, Societatis Iesu.

### Die 28.a Iunii.

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium Apostolicum etc. admodum Rev.dus Pater Franciscus a Iesu Maria, Rector Collegii Varsaviensis Scholarum Piarum, aetatis suae annorum 52 circiter, ut asseruit etc.

---

<sup>61</sup> Casimirus Ioannes Opaliński electus est abbas abbatiae Cisterciensium Bledzoviensis 11 VII 1661; cfr. Korytkowski, *Prłaci III*, p. 156-159.

Ad 1.<sup>um</sup> Optime novi Ill.mum D.num Casimirum Opalinski, Episcopum Diocletianum, Coadiutorem Posnaniensem, et hoc a tribus annis circiter, non sum ipsius consanguineus, cognatus vel affinis, nimium familiaris, inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.<sup>um</sup> Est notorium in Civitate et Dioecesi praesenti, quod Ill.mus Opalinski consecrationis munus suscepit, et licet actui consecrationis non interfuerim, cum tum temporis Rectoratum Petricoviae<sup>62</sup> exercerem, fui monitus per literas Patrum nostri Ordinis de actu et die suae consecrationis.

Ad 3.<sup>um</sup> Ut superius dixi, ipsum novi tribus<sup>b)</sup> annis circiter, et toto isto tempore audivi ipsum communiter nominari Coadiutorem Posnaniensem, quo vero ad Episcopatum Diocletianum, non scio aliud tempus quam consecrationis, quod erit uno anno elapso et ultra.

Ad 4.<sup>um</sup> Omnino credam eum fuisse assidue residentiae in Dioecesi Posnaniensi, et ipsum vidi aliquoties exercecentem pontificalia hic Varsaviae in nostra Ecclesia, prout et audivi ipsum similiter exercuisse Gorae<sup>63</sup>, quo mittebamus nostros studiosos ad ordines, qui revertentes illud nobis nutiabant;, quoad Diocletianam, pro dolor! cessat occasio.

Ad 5.<sup>um</sup> Non mihi constat, quod Ecclesiam vel Dioecesim Posnaniensem visitaverit, forte enim non fuit sibi commissum ab Ill.mo Coadiuto, certe enim credo, quod alias fuisse assumpturus et absoluturus visitationem, si hoc fuisse ipsi demandatum, zelum enim habet. An occurrit vel providerit necessitatibus praedictae Ecclesiae et Dioecesis, similiter non mihi constat de occasionibus, quibus debuerit vel potuerit providere. Audivi tamen communiter constanti voce, quod bona Episcopatus melioraverit valde.

Ad 6.<sup>um</sup> Ordinationes habuit bis vel ter, in nostra Ecclesia, prout ego vidi, et cras, ut sum praemonitus, etiam habiturus est; non vidi ipsum solemniter celebrantem, audivi tamen communiter, quod pluries celebraverit, et de facto cum semel rogassem, ut pontificaliter (<sup>b</sup>-in nostra Ecclesia-<sup>b</sup>) celebraret, in nostra Ecclesia Sanctae Mariae de Gratiis<sup>64</sup>, se obtulit promptissimum, vidi etiam ipsum consecrantem unum calicem.

Ad 7.<sup>um</sup> Pietatis et charitatis specimen mihi dedit saepius eleemosynis largioribus, frequenti auditione Sacri in nostro Templo et recitatione Divini Officii, et confessione frequenti, ut ego ipsemet vidi et audivi, aliquoties etiam celebravit apud nos privatim, imo et spem fecit, quatenus nostram Religionem introduceret in Maiores Polonię, promittens nobis omnem assistentiam, et de facto hodie accepit licentiam a D.no Coadiuto nobis locum

<sup>62</sup> Fratres Scholarum Piarum considerunt Petricoviae a. 1674, anno autem subsequenti coeperunt aedicare collegium suae Congregationis; cfr. *Słownik geograficzny...* VIII, p. 199.

<sup>63</sup> Góra (Góra Kalwaria - Mons Calvariae), oppidum meridionem versus a Varsavia, in sinistra Vistulae ripa situm; exstabat ibi una ex sedibus seu domiciliis epi Posnaniensis, Stephani Wierbowiski.

<sup>64</sup> Patres Scholarum Piarum a. 1642 Varsavię vocavit rex Vladislaus IV; qui post invasionem Suecorum aedicaverunt novum collegium, ecclesia vero Sanctae Mariae de Gratiis ibi exstructa est a. 1660-1712; cfr. Nowacki II, p. 771-772.

ibidem assignandi, quantum possum capere ex ipsius discursibus et operationibus, prudens est et iudiciosus. Quo vero ad exemplum, ex praemissis colligi potest ipsum boni exempli esse et aedificationis verbo et opere. Cae terum nihil unquam mali audivi de ipsius moribus, tantum audivi, quod aliquando non nihil efferveat cholera, vitium tamen, quod non denigrat suam personam [323r] nec reddit imparem officio episcopali, praecipue iunctis tot virtutibus.

Ad 8.<sup>um</sup> Se nescire.

Ad 9.<sup>um</sup> Cum ego egi cum Ill.mo Domino, deprehendi eum satis eruditum, prout cum erudite loqueretur iuxta subiectam materiam, non memini tamen an illa esset sacra vel profana; an autem habeat scientiam sufficientem ad cognoscendas haereses, eas confutandas, in Sacris paginis peritiam, ego ignoro, suppono; bene tamen de ipso certum est, quod habeat zelum ardentem, prout patefecit comprimendo haereticos, praeterea eum prudentem iudico, et quod cum sese occasio dederit, quae non sciet, ab aliis magis doctis percunctabitur; quae omnia scio ex conversatione et relatione.

Ad 10.<sup>um</sup> Quoad Ecclesiam Posnaniensem, super qua sola potest cadere interrogatio, respondit me nescire an unquam Ill.mus D.nus Coadiutus ei demandaverit visitationem sacrorum liminum nomine suo, bene tamen scio, quod non visitaverit, quia si secus esset, non potest esse quin sicivissem.

Ad 11.<sup>um</sup> Cum Ill.mus Dominus fuerit simplex Coadiutor Posnaniensis, non videntur usquequaque eiusdem oneri incubuisse ea, quae in praedicto interrogatorio mentionantur, audivi tamen ipsum aedes episcopales reparasse. Quo vero ad Diocletianensem Ecclesiam, cessat etiam onus, cum non detur accessus.

Ad 12.<sup>um</sup> Dignum omnino reor qui transferatur ad Ecclesiam Cathedram Culmensem, et omnino iudico hanc translationem ipsi Ecclesiae futuram utilem et proficuam ob suas egregias animi dotes, et amorem veritatis et iustitiae, de quibus mihi satis constat, partim visu, partim auditu, et partim relatione dignorum virorum.

Ita deposui pro veritate  
ego Franciscus a Iesu Maria  
Scholarum Piarum Collegii Varsaviensis Rector  
manu propria

### Die 30. Iunii

Examinatus fuit per etc. Perillustris et admodum Rev.dus D.nus Nicolaus Popławski, Ecclesiarum Cathedralis Płocensis et Collegiate Varsaviensis Decanus, Auditor Generalis Ill.mi et Rev.mi D.ni Episcopi Posnaniensis, aetatis suae annorum 43, ut asseruit etc.

Ad 1.<sup>um</sup> Novi Ill.mum et Rev.mum D.num Casimirum Opalinski, Episcopum Diocletianum, a 10<sup>b</sup>) circiter annis, nec ipsius sum consanguineus, affinitatem aut cognitionem secum non habeo, nec ipsi sum nimis familiaris; absit, quod ipsius sim inimicus, aemulus vel odiosus.

Ad 2.<sup>um</sup> Optime scio ipsum Ill.mum Dominum fuisse in Episcopum consecratum, et actui consecrationis ipsius interfui, functio autem habita est ab uno anno et ultra.

Ad 3.<sup>um</sup> Ecclesiae Diocletianaee Episcopus, ut nuper dicebam, fuit consecratus ab uno anno et tribus mensibus circiter, quo vero ad coadiutoriam Posnaniensem quidquid in facto esset, iam a tribus circiter annis communiter dicebatur Coadiutor Posnaniensis, quod scio ex quo interfuerim consecrationi, in reliquis res erat notoria in Dioecesi, et communiter compellabatur Coadiutor Posnaniensis.

Ad 4.<sup>um</sup> Ill.mus D.nus Opalinski, licet penes Ecclesiam Posnaniensem non semper resederit, omnino tamen putem, quod vix a Dioecesi Posnaniensi abfuerit, vidique eum saepius hic Varsaviae exercentem pontificalia, prout et audivi a fide dignis saepius exercuisse in aliis Ecclesiis Dioecesis. Quo vero ad Diocletianam, pro dolor! non datur accessus.

Ad 5.<sup>um</sup> D.no Opalinski non incumbebat totum pondus Episcopatus, vivebat enim adhuc Coadiutus, qui nullam ei forte dedit commissionem de visitando. Caeterum quod providerit necessitatibus omnibus Dioecesis, non mihi constat, hoc tantum scio, quod prospiciebat oeconomicis, collapsa restaurando, et alias meliorationes faciendo; addo tamen, quod etiam [323v] in spiritualibus aliquid suppleverit publicas habendo ordinationes, et alias functiones episcopales. De causa scientiae respondit: functiones et vidi, et ab aliis audivi, de restorationibus autem aliquid vidi, caetera audivi a fide dignis et omnino putem de utrisque esse constantissimam vocem et famam, et notorium in hac Dioecesi.

Ad 6.<sup>um</sup> Saepe solemniter celebravit, ordinationes saepe habuit, quod ego vidi, vidi etiam ministrantem confirmationis sacramentum, et alia pontificalia.

Ad 7.<sup>um</sup> Omnimodo putem ipsum pietate non carere et pluribus actibus, quos in ipsius conversatione observavi, charitatis similiter amans est in distributione eleemosynarum, nec putem, quod defuerint alia opera charitatis. Quoad prudentiam, putem esse virum boni iudicii, quod patet ex dispositione rerum oeconomicarum mensae episcopalnis, tam ex sermonibus ipsius, quos audivi pluries, in aliis enim incumbentibus pastoralibus attenta, ut supra dicebatur, vita Coadiuti, forte non habuit occasionem, verbo est aedificatus, nec exemplo dissimilis, et a toto tempore, quo ipsum novi, sum moraliter certus, quod nullum scandalum in populo dederit.

Ad 8.<sup>um</sup> Satis zelosus est et sollicitus de iuribus Ecclesiarum conservandis, et licet, ut toties dictum fuit, tota cura ipsi non incubuerit, attamen

specimen dedit istius sui zeli et curae Ecclesiae defendendae, et de supradictis est publica fama.

Ad 9.<sup>um</sup> Doctrina, qua debet fulgere Episcopus, magna est; est tamen verum, quod D.nus Coadiutor ea pollet scientia, qua in hisce nostris partibus pollut Episcopi a Sancta Sede approbati, quae iuncta suo zelo et pietati, praesefert bonam spem laudabilis successus.

Ad 10.<sup>um</sup> Pro Episcopatu Diocletiano occasio cessabat, quo vero ad Coadiutoriam Posnaniensem, non videbatur similiter suo oneri incumbere. Visitatio sacrorum liminum nisi forte ex commissione Coadiuti, quam non scio, intercessisse.

Ad 11.<sup>um</sup> Iam quoad Diocletianam, cessat sermo, quoad Posnaniensem, non putem, quod pro nunc seu vivente Coadiuto omnia ista, quae narrantur in interrogatorio, ipsi praecise incubuerint.

Ad 12.<sup>um</sup> Est difficile divinare de futuris, attamen introspiciendo qualitates et animi dotes Ill.mi D.ni Opalinski putem omnino ipsius translatiōnem ad Ecclesiam Culmensem eidem Ecclesiae futuram utilem et proficiātam.

Ita deposui pro veritate

Nicolaus Poplawski,

Decanus Płocensis et Varsaviensis

manu propria.

### Die 30. Iunii

Examinatus fuit per *etc.* Perillustris et Rev.mus D.nus Casimirus Sczuka, Abbas Paradisiensis<sup>65</sup>, aetatis suaे annorum 59 ut asseruit *etc.*

Ad 1.<sup>um</sup> Ab viginti quatuor circiter annis novi Ill.mum et Rev.mum D.num Casimirum Opalinski, Episcopum Diocletiae, Coadiutorem Posnaniensem, occasione qua ventilabat ad Aulas Serenissimorum Casimiri, Michaelis<sup>66</sup> et praesentis Regnantis, nullam secum habeo cognitionem, nec affinitate, nec consanguinitate sum ipsi coniunctus, non sum ipsi nimium familiaris, cum ipso non intercedit inimicitia, aemulatio vel odium.

Ad 2.<sup>um</sup> Munus consecrationis, me praesente, suscepit in Ecclesia Sancti Ioannis Varsaviae ab anno et ultra.

Ad 3.<sup>um</sup> A quatuor circiter annis nominabatur communiter Coadiutor Posnaniensis, de facto tamen putem eum fuisse vere Coadiutorem uno anno

<sup>65</sup> Casimirus Sczuka, Szczuka (1622-1694), canonicus Cracoviensis ab a. 1667, parochus Lomensis et Varmiensis, abbas commendatarius Cisterciensium Paradisi (Paradyż) a mense Octobri a. 1667. Epus Culmensis a. 1693-1694.

<sup>66</sup> Rex Ioannes Casimirus Vasa (1609-1672), regnavit a. 1648-1668; rex Michael Korybut Wiśniowiecki (1640-1673), regnavit a. 1669-1673.

circiter, quo tempore suscepit consecrationem et titulum Episcopi Diocletianensis.

[324r] Ad 4.<sup>um</sup> Resedit continuo in Dioecesi Posnaniensi, penes autem Ecclesiam et Urbem Posnaniensem, quandoque etiam Varsaviae, ubi plures exercuit munia pontificalia, quae omnia sunt notoria.

Ad 5.<sup>um</sup> D.nus Cadiutor non erat arbiter rerum nisi temporalium, nec habebat dispositionem Episcopatus, nisi forte in oeconomicis, quae diligenter curabat, quod est notorium.

Ad 6.<sup>um</sup> Interfui aliquot vicibus, dum solemniter celebraret Varsaviae, ordinationes nonnullas etiam ibidem habuit, prout sacramentum confirmationis ibidem ministravit, et aliqua alia pontificaliter gessit, quae omnia sunt notoria tum penes me, tum apud alios.

Ad 7.<sup>um</sup> De gubernio Diocletiae non est loquendum, quia non habet accessum, de aliis autem, quae D.nus Cadiutor obivit, occurrit mihi, quod de villis suaे Abbatiae pepulerit haereticos, aut ad fidem catholicam converterit; quo vero ad Coadiutoriam Posnaniensem, in iis, quae fuerint ipsi a D.no Cadiuto demandata, se etiam bene gessit, eleemosynas dedit, sacerdotes tractavit, pios sermones habuit; pro causa scientiae respondit: Abbatia mea Paradisiensis est contermina <sup>(b)</sup>-Abbatiae Bledzoviensi<sup>67-b)</sup>, quam possidet Ill.mus Cadiutor, et occasione vicinitatis percepit purgatam ab illo Abbatiam haereticis, reliquorum notitiam habeo ex conversatione cum Ill.mo Cadiutore, et nonnulla audivi ab aliis. Verum tamen est, quod retroactis temporibus dicebatur vitae licentiosae in materia carnali, quod erat satis vulgatum in Maiori Polonia, Deo tamen dante a decem annis et ultra auditur cessasse, et agere vitam diversam, adhuc tamen se non temperet a verbis aequivocis scurrilitatem redolentibus; auditur etiam, quod nonnihil sit subditus subitanee irae, ut fuit mihi relatum a fide dignis, estque notorium.

Ad 8.<sup>um</sup> Zelum habet in iuribus Ecclesiae defendendis, et augmento fidei catholicae promovendo, et de hoc habeo experientiam, tum ex eo, quod purgaverit Abbatiam haereticis, tum quod unam synagogam haereticorum comburi iusserit, tum ex aliis.

Ad 9.<sup>um</sup> Quantum ad doctrinam, erit utcunque sufficiens; pro certo enim habeo, quod ea scientia pollet, quae in his partibus apparat in aliis, quod sentio tum ex conversatione illius, tum ex notitia, quam habeo aliorum.

Ad 10.<sup>um</sup> Attento quod Ill.mus Opalinski non erat Episcopatus Posnaniensis absolutus moderator, sed tantum coadiutor, sic credam cessare interrogatorium praesens, nisi fortasse visitatio sacrorum liminum fuisse ipsi imposita a Cadiuto, de quo nil mihi constat.

Ad 11.<sup>um</sup> Erat simplex Cadiutor, et sic non videbantur ipsi incumbere ea, quae in isto interrogatorio mentionantur. Caeterum mensae episcopalis

---

<sup>67</sup> Paradyż (hodie Gościkowo), pagus, aliquot chiliometris ad meridianem a Międzyrzecz distat; pagus autem Bledzew ad Obra fluvium, ad septentrionem a Międzyrzecz, positus est.

bona non nihil reparavit, et quantum ad seminarium, videtur praeseferre bonam voluntatem, quod erigatur.

Ad 12.<sup>um</sup> Ego concipio aliquam spem alicuius boni successuri ex ista translatione, habito respectu quod ipsa Dioecesis Culmensis referta sit haereticis, contra quos videtur habere zelum, tum ex praedictis, tum etiam quia videtur velle captare gloriam imitandi exemplum Opalinski<sup>68</sup>, Episcopi Posnaniensis, qui fuit ex hac Familia, qui ministros Hussitas subiecto igne cum arce combussit.

Casimirus Sczuka, Abbas Paradisiensis  
ita deposui pro veritate.

Ill.mus et Rev.mus D.nus Nuntius Apostolicus ad hoc, ut constet de statu Ecclesiae Culmensis, et ad omnem meliorem finem et effectum, mandavit in hoc Processu produci examen a se ipso factum D.ni Decani Culmensis, occasione Processus translationis D.ni Epi Posnaniensis ad dictam Ecclesiam, quae tamen non habuit effectum<sup>69</sup>, cuius tenor talis est:

### Die 11.a Februarii 1681

Examinatus fuit per Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium Apostolicum, quem supra et ubi supra, Perillistris et admodum Rev.dus D.nus Christolomus Olszowski, Decanus Cathedralis Ecclesiae Culmensis, aetatis suae annorum 40 circiter, ut asseruit, et ex aspectu apparuit, testis ex officio vocatus, et per Dominationem Suam Ill.mam et Rev.mam secreto examinatus, cui delato iuramento veritatis dicendae, prout in manibus Dominationis Suae [324v] Ill.mae et Rev.mae tactis etc., iuravit etc., ad oportunas interrogations super statu Ecclesiae Cathedralis Culmensis dixit et deposit, prout infra, videlicet:

Ad 1.<sup>um</sup> In Provincia Prussiae sita est Civitas Culmensis in Palatinatu Culensi, neque est adeo magna, et domus, quae adhuc constant in suo esse, erunt circiter 100<sup>b)</sup>, exceptis desolatis, numerus autem habitatorum omnes computando erit ultra mille, et plerique sunt catholici, quamvis aliqui sint Lutherani et Calvinistae, et Dominus temporalis est Ill.mus pro tempore Episcopus, et haec scio, quia ab 18 circiter annis fui canonicus et deinde decanus.

---

<sup>68</sup> Andreas de Bnin Opalinski (1576-1623), ab a. 1607 epus Posnaniensis. Acriter repressit fideles heterodoxos ("haereticos"), praeter alia a. 1614 prohibuit restitutionem templorum Lutherani et Fratrum Bohemorum.

<sup>69</sup> Rex in animo habuit eum Posnaniensem, Stephanum Wierzbowski, ad episcopatum Culmensem transferre, sed ipso Wierzbowski eiusmodi translationi adversante a proposito destitut. Cfr. A. 1.

Ad 2.<sup>um</sup> Ecclesia Cathedralis non est Culmae, sed in Culmensi Civitate<sup>70</sup>, quae distat Culma tribus forte milliaribus, et ista pariter est dominii episcopalnis, et Ecclesia Cathedralis est sub invocatione Sanctissimae Trinitatis, et est bonae structurae et qualitatis, et satis reparata per Ill.mum Epum Olszowski<sup>71</sup>, Pro-Cancellarium Regni, deinde Archiepiscopum Primatum, ita ut modo nulla indigeat reparatione, quae scio ex causa praedicta.

Ad 3.<sup>um</sup> Ecclesia Culmensis est suffraganea Archiepiscopi Gnesnensis, quod ego scio, cum sim decanus istius Ecclesiae.

Ad 4.<sup>um</sup> Dignitates Ecclesiae Culmensis sunt archidiaconatus, decanatus, praepositura et custodia; aliquis praelatus reliquit summam sufficientem pro erectione alterius dignitatis, nempe scholasteriae, verum id nondum peractum est, debet enim pecunia illa penes alios existens vendicari. Canonicatus sunt in totum 9 et dignitatem habentes, habent etiam canonicatum, ita ut numerus praelatorum et canonicorum sit in universum 9 et maior dignitas post pontificalem est archidiaconatus. Sunt etiam 6 aut 7 vicarii, qui suffragantur dignitatibus et canonicis in choro, ubi per vices assistunt. Sunt etiam choralistae, qui in choro cantant, et unusquisque canonicus deberet suum choralistam fovere. Inter praebendas canonicales est theologalis et poenitentiaria, et est etiam praebenda canonicalis pro concionatore. Sunt insuper duo praebendarii, qui non alligantur choro, sed diebus festis debent adesse ad augendum clerum cathedralis. Ratione proventuum hanc do informationem, quod annuus redditus sit sexcentorum florenorum ex distributionibus quotidianis, tam pro dignitatibus quam pro canonicis, ultra quos sunt et villae pro praestimoniis, quae villae obtinentur per optionem, sed iste optionum ordo modo est interversus, quia Ill.mus Transferendus duas villas dismembravit, statim data per duas vices opportunitate optandi, et dedit canonicis, quibus magis ipsi placeret, unam scilicet nepoti suo<sup>72</sup>, alterum nepoti sororino D.ni Abbatis Paradisiensis. Suffraganeatus vacat a 4 annis, quia suffraganeatus dos est in alium usum versa, et assignata Missionariis, et tamen suffraganeum habere necesse est, cum Episcopi ex causa publica cogantur saepius abesse a Dioecesi, et nostra sit undique obsessa haereticis, et ista scio ut supra.

Ad 5.<sup>um</sup> Cura animarum non exercetur in Cathedrali Ecclesia, est tamen ibi fons baptismalis, quae scio ut supra.

Ad 6.<sup>um</sup> Sacrarium est instructum sufficienter sacra supellectili, quae sit necessaria ad cultum Divinum, et exercitium pontificalium, chorus, organum et campanile sunt in bono statu. Coemeterium autem debet saepiri, in quo ex constitutionibus et consuetudine dueae partes spectant ad Episco-

<sup>70</sup> Chehm  (Germanice: Kulmsee), oppidum inter Toruniam (Toru ) et Culmam (Chehmo) situm.

<sup>71</sup> Andreas Olszowski (1621-1677), a. 1661-1674 epus Culmensis, Regni vicecancellarius a. 1666-1676, aepus Gnesnensis a. 1674-1677.

<sup>72</sup> Agitur procul dubio de Ioanne Stephano Ma achowski, canonico Culmensi; cfr. ANP XXXIV/1, N. 64.

pum, una ad Capitulum, sicuti in reparatione Ecclesiae, et aliis necessitatibus, quae scio ut supra.

Ad 7.<sup>um</sup> Variae sunt reliquiae, quae servantur in Ecclesia Cathedrali, videlicet Crucis Domini Nostri et plurium Sanctorum, quorum nomina non satis recordor, et asservantur decentissime, et populo in solemnioribus festis exponuntur, quae scio ut supra.

<sup>(b)</sup> Ad 8.<sup>um</sup> Nulla penes Cathedram est habitatio pro Episcopo, quamvis iuxta conditiones appositas in brevi promotionis Ill.mi D.ni Transferendi es- set construenda per ipsum Ill.mum Dominum, et tamen est ibi quoddam aedificium satis capax, quod non ita magno sumptu<sup>b)</sup> potuisset reparari, et aptum esse una cum adjuncta lapidea canonicali, ad commodam habitatio- nem pro iis temporibus, quibus Episcopi ad Cathedram accedunt; solita ip- sorum residen[325r]tia est Lubaviae<sup>73</sup>, quae undecem milliaribus Culmza distat, et aliquando morantur Starogrodi<sup>74</sup>, quod sonat in Arce Veteri, et hic locus distat Culmza tribus milliaribus. Domus residentiae <sup>(b)</sup>Lubaviensis, ut audivi, indiget reparacione<sup>b)</sup>, Starogrodiensis autem non indiget, quia Ill.mus Olszowski satis reparavit.

Ad 9.<sup>um</sup> Varius est sensus circa quantitatem proventuum annuorum mensae episcopalnis, et qui vere crescunt vel decrescunt ex caritate vel vilitate annonae; aliqui enim dicunt, quod sit 30<sup>b)</sup>, alii quod 50<sup>b)</sup> millium floreno- rum bonae monetae, talis enim in Prussia habetur. Et isti proventus consi- stunt in frumentis, fructu tabernarum, censibus, in re pecuaria, et consimi- libus, quae scio ut supra. Et nulla est imposita pensio, et solummodo tene- tur Episcopus ad contribuendum duas partes ex tribus pro reparacione et pro necessitatibus quotidianis Ecclesiae, in quo opus est, ut admoneatur Successor, nam Ill.mus Antecessor non satis persolvit.

Ad 10.<sup>um</sup> Una Culmzae est parochialis ecclesia, habens fontem bapti- smalem et caetera requisita, et regitur per commendatarium perpetuum, cum sit annexa canoniciatu, nulla est collegiata, neque ullum monasterium, nisi Minorum Conventualium vulgo Franciscanorum, duae sunt confraterni- tates, una in Cathedrali, altera in Parochiali, hospitale unum pro pauperi- bus, <sup>(b)</sup>mons autem pietatis non est, neque ulla pro illo fundatio, quae scio ut supra<sup>b)</sup>.

Ad 11.<sup>um</sup> Dioecesis Culmensis iuncta Dioecesi Pomesaniensi obtinebit per longum spatium 15<sup>b)</sup> circiter leucarum Germanicarum, idemque erit in latum, et primaria loca sunt Civitas Culmensis, quae, ut dicebam, absolute etiam in temporalibus subest Episcopo, prout alia quoque sunt oppida, quae

---

<sup>73</sup> Lubawa, oppidum ad septentrionem et orientem a Culma situm.

<sup>74</sup> Starogród (Stare Chełmno), pagus 5 chilometris ad meridianem et occidentem a Culma di- stans, inde ab a. 1505 possessio episcoporum Culmensium.

subsunt etiam in temporalibus, deinde in Dioecesi numeratur Thorunium civitas amplissima, Graudentium, Mariaeburgum<sup>75</sup> et alia minora.

Ad 12.<sup>um</sup> Fuit seminarium ex antiqua fundatione, cuius proventus annui vendicabantur a nobis ex hereditate Ill.mi Archiepiscopi Leszczynscii<sup>76</sup>, olim Episcopi Culmensis, et ex proventibus alebantur qui in aliquo loco literis operam darent, ut deinde sacerdotes fierent, <sup>b)</sup>modo Illustrissimus applicavit proventus sacerdotibus Missionariis, quibus dedit etiam Ecclesiam Archipresbyteralem Culmae existentem, item villam et alios census antiquitus ad seminarium pertinentes, et in eo aluntur in numero dispari, nec semper constanti, cum, ut plurimum, ibi maneant qui sunt de proximo ordinandi, et cura huius seminarii sive collegii spectat ad dictos sacerdotes, exclusis omnino capitularibus<sup>b)</sup>, quae scio ut supra.

Ad 13.<sup>um</sup> Si transferatur Ill.mus nunc Episcopus Małachowski, vacabit Ecclesia Culmensis.

Tunc etc.

Ita deposui pro veritate  
Chrisostomus Olszowski,  
Decanus Cathedralis Culmensis.

### Die 7.a Iulii

Examinatus fuit per *etc.* Perillustris ac Rev.mus D.nus Casimirus Sczuka, Abbas Paradisiensis, aetatis suaे annorum 59 ut asseruit *etc.*

Ad 1.<sup>um</sup> Civitas Culmzenis (Culmensis enim licet dicatur Episcopus, vere est Episoopus Culmzensis) parva est, vix habet 100<sup>b)</sup> domos, Culma vero habet 300<sup>b)</sup>. Sita est in Prussia Regali, quingentos numerabit fideles, nulli enim ibi sunt infideles, subiacet etiam in temporalibus Episcopo, quae omnia scio, quia per aliquot tempus fui ibi.

Ad 2.<sup>um</sup> Culmzae est Ecclesia Cathedralis satis bonae structurae, tempore vacationis praeteritae Capitulum eam optime reparavit, <sup>b)</sup>puto etiam modo aliquo indigere<sup>b)</sup>.

Ad 3.<sup>um</sup> Ecclesia illa olim fuit sub Rigensi<sup>77</sup>, modo est sub Gnesnensi Archiepiscopo.

Ad 4.<sup>um</sup> Cahedralis Culmzensis habet 4 dignitates et 5 canonicos, pauci alii ecclesiastici inserviunt in Divinis ipsi Ecclesiae, quos puto numero 7 cir-

<sup>75</sup> Grudziądz (Germanice: Graudenz), oppidum ad dextram Vistulae ripam, ad septentrionem a Culma, stitum; Malbork (Germanice: Marienburg), oppidum ad sinistrum ramum Vistulae-Nogat situm, sedes palatinatus et capitaneatus Marienburgensis.

<sup>76</sup> Andreas Leszczyński (†1658), a. 1646-1652 epus Culmensis, postea aepus Gnesnensis. A. 1651 iecit fundamenta seminarii diocesani Culmensis, quod etiam liberaliter dotavit; cfr. *Diecezja chełmińska*, p. 43.

<sup>77</sup> Decreto Alexandri IV papae a. 1255 dioecesis Culmensis in dicionem archidioecesis Rigensis venit; cfr. *Diecezja chełmińska*, p. 16.

citer; maior dignitas post pontificalem archidiaconatus, redditus dignitatum, canonicatum sunt tenues, cum distributionibus enim quotidianis habent 1000<sup>b)</sup> florenos bonae monetae circiter; inter canonicos adest [325v] theologus et poenitentarius, quae omnia scio ex informatione capta, cum essem ibi.

Ad 5.<sup>um</sup> Prope Ecclesiam Cathedralem est alia parva Ecclesia, quae spectat ad Cathedralem, et est Parochialis, ibi est fons baptismalis. Ecclesia illa regitur et cura animarum administratur per unam dignitatem ex predictis, et haec scio ex causis dictis.

Ad 6.<sup>um</sup> Sacrarium Ecclesiae Culmzensis habet supellectilem sacram, quae necessaria est, (<sup>b</sup>-sed satis tenuem<sup>b)</sup>; adest etiam supellex pro pontificalibus, quae (<sup>b</sup>-desideratur magis conveniens<sup>b)</sup> tantae dignitati, chorus est, organa sunt, non deficit campanile cum campanis, prout et coemeterium, quod tamen (<sup>b</sup>-muro non est saeptum<sup>b)</sup>, et haec scio quia vidi.

Ad 7.<sup>um</sup> Non scio, an sint ibi reliquiae insignes, suppono bene quod sint, cum sit Ecclesia antiqua<sup>a)</sup> et insignis.

Ad 8.<sup>um</sup> Culmzae Episcopi domum non habent, quae enim erat antiquitus, est diruta, et non est reaedificata a 30 vel 40 annis citra, aliquas habent habitationes in Dioecesi, in quibus residere solent, una est prope Culmam, inde distans dimidia leuca, et Culmza duabus, praeterea habent pulchram (<sup>b</sup>-habitationem Lubaviae; arx Lubaviensis reparatione indigeret<sup>b)</sup>, sed cum sit vasta moles, Episcopi partem solum habitant, et aliam desolatam relinquunt, et haec omnia dico, quia vidi, et ibi habitavi ante 3 annos circiter, verum hoc medio tempore nil notabile potuit accidisse in hac materia, quin ego scivissem, ob intimam familiaritatem, quam habui cum Ill.mo Episcopo.

Ad 9.<sup>um</sup> Redditus Ecclesiae Culmzensis iis temporibus, quibus pretia frumentorum sunt valde exigua ascendunt ad summam triginta quinque millium circiter florenorum Polonicalium bonae monetae, quod scio, quia intellexi ab Ill.mo Episcopo, suo oecono, et aliis; pensione nulla gravatur Episcopatus.

Ad 10.<sup>um</sup> Nulla alia Parochialis in Civitate, quam praedicta, multo minus aliqua Collegiata, unum est monasterium virorum, nempe Fratrum Conventualium Sancti Francisci, mulierum nullum, de confraternitatibus aut hospitalibus nil scio, verum si aliquid est, est res nulla fere nota digna. (<sup>b</sup>-Mons pietatis non est<sup>b)</sup>, et haec scio ex causis supradictis, cum ibi stetrim et viderim.

Ad 11.<sup>um</sup> Dioecesis, quam vocant Culmensem, una cum illa Pomesaniae<sup>78</sup> (cuius quidem Cathedralis modo est sub iugo haereticorum, posita est

---

<sup>78</sup> Diplomate legati pontificii Gulielmi (Villelmi) a. 1243 lato erecta est dioecesis Culmensis et designati sunt fines trium dioecesium Pruthenicarum, inter quas erat dioecesis Pomesaniensis. Non exigua pars episcopatus Pomesaniae vigore pacis Toruniensis a. 1466 initae subiecta est auctoritati Regni Poloniae, anno autem 1601 Clemens VIII papa eam dioecesi Culmensi adiunxit; cfr. *Diecezja chełmińska*, p. 17-18.

enim in Civitate Marieverd<sup>79</sup>, quae paret Electori Brandenburgico, et caret omni exercitio religionis catholicae), ipsae, inquam, duae Dioeceses se extendunt ad 30<sup>b)</sup> leucas nostras in longitudine, latitudo mihi est ignota, plura loca insignia numerant, quae parent Brandenburgico, ibi vel nullus, vel non magnus est cultus religionis; quae Regno Poloniae [parent], habent multos catholicos mixtos haereticis, praecipue sunt Mariaeburgum, Thorunium, Culma, Graudentium, aliaeque quae scio, quia vidi et audivi.

Ad 12.<sup>um</sup> (b) Seminarium Culmense est Culmae, erectum iam ante multos annos, sed sub D.no Epo Cracoviensi<sup>80</sup>, qui est postremus et translatus, in longe meliorem formam redactum est, ibi aluntur 16<sup>b)</sup> iuvenes ad minus, regunt illud seminarium presbyteri Congregationis Missionis<sup>b)</sup>, pro quibus dictus Ill.mus Episcopus bonam fecit fundationem, optandum esset, quod Successor faveret et foveret tam sanctum et pium opus, etenim non solum pro illa Dioecesi inservit, verum etiam pro Vladislaviensi et Varmensi, quae sunt contiguae, et carent similibus auxiliis; quae scio, quia ibi fui, vidi et cooperatus sum, ut ista fierent consilio et suasione apud Ill.mum Episcopum.

Ad 13.<sup>um</sup> Ecclesia Culmensis vacat per translationem Ill.mi et Rev.mi Małachowski ad Ecclesiam Cracoviensem, quod scio, quia est notorium.

Casimirus Sczuka,  
Abbas Paradisiensis  
ita deposui pro veritate manu propria.

<sup>(e)</sup>Suprascriptis testibus et eorum dictis plenam fidem adhibendam esse censeo et de promovendo bene existimo.

O[pitius] Arch[iepiscopus] Ephe[sinus]  
N[untius] Ap[ostolic]us<sup>-e)</sup>

Quibus omnibus et singulis ut supra gestis Perillustri et admodum Rev.do D.no Ioanni Kostynski, sanctae theologiae et iuris utriusque Doctori, Praeposito Rubieszoviensi, nomine Ill.mi et Rev.mi D.ni Casimiri Opalinski, Episcopi Diocletiani et Coadiutoris Posnaniensis, Processus clausum et sigillatum concedendum duximus, prout per praesentes con[326r]cedimus, decernentes praedictis omnibus et singulis, tanquam rite et recte ac legitime gestis, ubique locorum plenariam et indubitatem fidem ab omnibus et singulis in iudicio et extra adhibendam esse. In quorum praemissorum fidem et testimonium praesentes manu Nostra ac infrascripti Notarii et Can-

<sup>79</sup> Kwidzyn (Germanice: Marienwerder - Insula Mariana), oppidum ad meridianem a Marienburgo (Malbork), ad Liwa fluvium, situm.

<sup>80</sup> De seminario dioecesano Culmensi a Ioanne Małachowski restituto cfr. depositionem Pauli Godquin in processu informativo eiusdem Małachowski ad episcopatum Cracoviensem transferendi factam; ANP XXXIV/1 A. 2, p. 345.

cellarii Nostri subscriptas, sigilli Nostri impressione communiri fecimus.  
Datum Varsaviae ex Palatio Nostro Apostolico, die 8.a Iulii 1681.

(<sup>e</sup>-O[pitius]Archiep[iscopu]s Ephe[sinu]s  
Nuntius Ap[ostolic]us<sup>e</sup>)

locus sigilli

(<sup>c</sup>-Et quia ego, Richardus Cody, Apostolicus Notarius et Ill.mi et Rev.mi D.ni Opitii Pallavicini, Aepi Ephesini et Nuntii Apostolici Cancellarius, memoratae inquisitioni et testium examini, per eundem Ill.mum et Rev.mum Dominum habitae et receptae, personaliter requisitus interfui, nec non iuramenta testium praenominatorum solemniter fieri vidi et audivi, eorumque dicta in his scriptis fideliter redigi. Idcirco hoc examen et totum hunc inquisitionis Processum aliena manu, mihi tamen bene nota scriptum, praevia diligentia collatione subscripsi ac solito et consueto signo meo munivi. Actum Warsaviae in Cancellaria Nuntiaturae Apostolicae, die octava Iulii, anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo primo.

locus signi

Richardus Cody  
Notarius et Cancellarius  
qui supra<sup>c</sup>

a) *Expunctum.*

b-b) *Linea subducta signatum.*

c-c) *Autographum notarii.*

d) *Textus partim deletus.*

e-e) *Autographum nuntii.*

f-f) *Manu propria nuntii.*

### A. 13.

**Marcianus Alexander Ogiński, palatinus Trocensis  
Ioanni Gniński, vicecancellario Regni**

Grodnae, 12 VII 1681.

*Certiorem eum facit se Vilnae convenisse et collocutum esse cum legatis seu oratoribus Moscoviticis Varsavia redeuntibus. Eosdem oratores prius in Merecz cum palatino Vilnensi (Michaele Casimiro Pac) esse collocutos. In colloquio cum palatino habito eos conatos esse omnem culpam pacis cum Turcis initiae Basilio Tiapkin attribuere, qui sine expresso magni ducis Moscoviae mandato egisse videatur. Subiungit eosdem suasisse, ut rex - nulla habita ratione abruptonis colloquiorum de societate armorum cum Moscovitis facienda - novos oratores ad magnum ducem mitteret, qui colloquia de*

*pace perpetua resumerent et continuarent. Insuper nuntiat se eosdem legatos Moscoviticos opportuno viatico donatos a se dimisisse. Rogat, ut ante proximum conventum, qui cum Moscovitis habebitur, voluntatem regis sibi significare velit. Consilium militare recenter peractum ad nullum prosperum existum adduxisse nuntiat, etiam propter thesaurum publicum pecunia vacuum, ita ut stipendia militibus exsolvi nequeant. Proximum consilium commissionis militaris ad diem 22 mensis Septembris indictum esse.*

**Versio Latina ex lingua Polonica eodem tempore confecta:** AV, Nunz.  
Pol. 99 f. 479r-481v.

Litterae Domini Palatini Trocensis<sup>81</sup> ad Vicecancellarium Regni<sup>82</sup>  
scriptae Grodna 12 Iulii ex idiomate Polonico in Latinum versatae

Non dubito quin retulerit Ill.mae Dominationi V.rae D.nus Palatinus Vilnensis<sup>83</sup>, qualiter D.ni Legati Moschovitici<sup>84</sup> (qui nescio quare 20 milliariibus deviendo ex recto itinere per Vilnam ducti) ulti quoasierunt occasionem colloquendi cum ipso in Merecz<sup>85</sup>. Hocce fecerunt, ut mihi Vilnae, quod etiam non solum qua par est, pro dignitate Suae Regiae Maiestatis, excepti humanitate, sed videns, qualiter crude cum eis Thesaurus processerit, nihil dato eis ob egestatem publicam pro viatico, tractatos et muneribus repletos dimisi a me. Quod autem cum magna displicentia discederent, non finito tam bono opere coniunctionis nobiscum, dicebant et dolebant, quod haec pax cusa erat per Tapkinum<sup>86</sup>, quem Carea Maiestas<sup>87</sup>, non miserat, nisi propter liberationem captivorum, ideoque sine scitu Careae Maiestatis, solo impulsu Szeremecii<sup>88</sup>, ut per eam viam possit ex gravi et diuturna cum multis aliis Christianis captivitate [479v] exire, quae pax, ut addebat, licet videatur commoda et famosa, vere noxia est, unde certe Carea Maiestas ut nocivam toti Christianitati, rupturam cito affirmabant, addebat etiam, quod non acciperemus hanc pacem pro contempta, et persuaderemus Suae Regiae Maiestati et toti Reipublicae, ut iterum Sua Regia Maiestas Careae Maiestati Legatos mittat pro continuatione praemeditatae coniunctionis, promittendo in hoc omnem operam adhibere, et quod efficacius hoc opus finiri po-

<sup>81</sup> Marcianus Alexander Ogiński, palatinus Trocensis; cfr. notam 63, p. 10.

<sup>82</sup> Ioannes Gniński.

<sup>83</sup> Michael Casimirus Pac.

<sup>84</sup> Ioannes Źelabuškij et Simeon Protopopov.

<sup>85</sup> Merecz, oppidulum ad dextram fluminis Chroni (Niemen) ripam, ad ostium amnis Merezenka, situm.

<sup>86</sup> Basilius (Vasilij) Tjapkin, ablegatus magni ducis Moscoviae, qui induitis ad 20 annos cum Turcis initis subscriptis; cfr. notam 606, p. 202.

<sup>87</sup> Theodorus Alekseevič.

<sup>88</sup> Basilius Borisovič Šeremet'ev; cfr. notam 608, p. 202.

terit, si fiat magis occultus tractatus, et quod Ottomanus facilius vincetur, si contra eum assicuratum pace utraque gens insurgat.

Dicebam ad sufficientiam, qualiter haec pax perniciem magis quam salutem illis adferet, prout nos, qui fuimus multoties elusi, confidere ipsis non posse, et esse contra dignitatem Regiae Maiestatis, ut Sua Regia Maiestas deberet iterum mitttere pro reassumptio[480r]ne horum tractatum, quando ipsi super hoc nos quaeasierint et nos cum tota sinceritate, christiano corde in medium prosiliisse, et iam laudata stetisse et annuisse, quod ipsimet exposcebant, sed sincere et ferme non christiano modo se nobiscum processisse.

Quae ipsi cum magna confusione et notabili indignatione in Tapkinum cum Szeremecio, quod sine Careae Maiestatis mandato hoc fecerint, retorquebant. Tandem ad aliam rem accesserunt, dicendo quod propter conferentiam pacis perpetuae mediatoribus intervenientibus Plenipotentiarii debent a Sua Regia Maiestate, et se cum hoc fuisse dimissos; cur, adhuc dicebant, haec conferentia, siquidem tot annorum pacta habemus, non deberet esse sine mediatoribus, in qua de aeterna pace et de coniunctione virium facilius tractari posset, quia mediatores magis nos propter suum interesse intricabunt, quam concordabunt.

Respondi ego, [480v] quod ipsimet in praetentis tractatibus id requirebamus, quod a Carea Maiestate non est acceptatum, sed voluit mediatores. Qualiter autem absque eis promittendus est bonus effectus circa aeternam pacem, quando semper circa restitutionem avulsorum dure nobiscum egerunt.

Ad hoc responderunt Legati, quod alia pro tunc ratio status, dum peragerentur commissiones, fuit, alia nunc, si propter prolongationem pactorum Carea Maiestas cessit Siebiez, Newel et Wielcz<sup>89</sup>, nonne plus factura esset propter aeternam pacem, et coniunctionem virium? Cum his igitur discursibus discesserunt Dnobam [sic]. Quod referre Ill.mae Dominationi V.rae tanquam Ministro Status, et cum summa in tractatibus cum ipsis polleat experientia, necessarium esse duxi. Faxint superi, ut ex hoc aliquid elici possit pro salute publica.

Mihi [481r] Kadzino datur notitia, quod totaliter pro commissione in hoc anno Domini Moschovitae se praeparent, quia non solum aedificia extruxere, sed et adventum commissariorum citissimum notificaverunt, et omnia praeparamenta ad hoc faciunt. Itaque interest mea esse praecaustum de voluntate Suae Regiae Maiestatis, ne postea congregati Moschovitae iuxta rescriptum per Nuntios praeteriti anni velint ad aliquas descendere manife-

---

<sup>89</sup> Siebiez, oppidum ad septentrionem a Polocia (Połock) situm; Newel, oppidum prope lacum eiusdem nominis ad septentrionem a Vitebsco (Witebsk) situm; Wieliz, oppidum ad Dvinam fluvium, ad septentrionem et orientem a Vitebsco positum. Haec loca, a. 1654 a Moscovitis occupata, apud Moscoviam usque ad a. 1678 remanserunt, quae ea Reipublicae Utriusque Nationis iterum restituit, cum induitiae Andrussoviae (Andruszów) factae prorogatae essent.

stationes, quasi nos ex nostra parte defuerimus. Non contemnendum et hoc, quod Michowiczum muniant et fortalitia ibidem extruere intendant, quod esset contra expressa pacta Andrussoviana<sup>90</sup>.

Huc pro commissione militari convenimus et voluimus continuare serio, sed quia nec executio decretorum praecessit et omnes se referant singulariter ad eventum [481v] parvorum Comitiorum, nec ex Dominis Aulicis qui spiam comparuit, nec in Thesauro computus factus est, et Thesaurus etiam egestatem tantam enarravit, quod non tantum millions, quibus opus est ad exolvendum militibus, non habeat, sed neque grossum unum; dissoluta est commissio et dies dicta ad 22 Septembris.

---

<sup>90</sup> Indutiae inter Polonus et Moscovitas a. 1667 Andrussoviae initae; textum eiusdem tractatus cfr. *Pamiętniki historyczne* [Memoriae historicae]. Edidit Leopoldus Hubert, Varsaviae 1861, t. I, p. 105-121.